 Ὅ γὰρ οὐσιωδῶς αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν Σοφίαν, τὴν
 ἀπειρον, τὴν τελείαν, τὴν θεαρχικωτάτην ἐγκάρδιον
 ἐνιδρυμένην ἔχων, πάντα μὲν ἐρευνᾷ τῷ Πνεύματι,
 καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· ὑπ' οὐδενὸς δὲ τῶν ἐπὶ γῆς
 κατανοεῖται. Καὶ αὐτὸς μὲν ἀνακρίνει πάντα· πνευ-
 ματικὸς γὰρ· ἀνακρίνεται δὲ ὑπ' οὐδενός· νοῦ γὰρ
 ἄγεται Χριστοῦ. Καὶ, Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς
 συμβιβάσει αὐτόν;

Τίς δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων τεράτων ἀνα-
 γράφει τὰς μεγαλοουργίας, ὅσα δακτύλῳ Θεοῦ δρῶν,
 κρῆς ἐπιστροφὴν καὶ γνῶσιν Θεοῦ τοὺς ἀπηλλοτριω-

requies interiori homine constructus, sic quoque
 Spiritum sanctum in linguarum ignearum specie e
 caelo descendentem suscepisti⁹⁵, qui totum omnino
 implens, deificisque suis donis excellenter impar-
 tiens, atque in te sedens ac consistens, aptumque
 virtutis suae organum efficiens, atque os Deum lo-
 quens linguamque divinis sermonibus disertam
 concinnans; velutque sacrum quoddam vas ac
 pretiosum de gente ad gentem traducens transfe-
 rensque, dispensationis doctrinam (salutarem Jesu
 incarnationem et resurrectionem et in caelos re-
 ceptionem regnumque) sublimi cunctis oratione
 tua opera praedicavit.

Quis igitur quae fontis instar manet divini in te
 Spiritus virtutem satis laudaverit? Quis vero inun-
 dantes divinos sermones conscripserit? Quis virtu-
 tem illis comitem ac gravitatem? Quis vero animi
 tui sinu occultam perfectionem digne celebraverit?
 Quis sermonum altitudinem? Quis eminentiam
 operum? Quis morum lenitatem et suavitatem,
 Christique aemulam bonitatem? Quis inaccessam
 iremendamque ac Deum referentem spiritus praes-
 tantiam?

Quonam quis modo, divinae pacis nuntii ac praed-
 icatoris, Jerosolymis Judaeaque excessum ad gentes
 pernoverit, cunctisque oppidis et locis ac civitatibus
 Evangelii causa jactationes erroresque? Quis circui-
 tus, itinera, pericula, labores, fugas, plagas, car-
 ceres, fustuaria, lapidationes, probra enumeraverit?
 Quis apud praesides accusationes, sub potestatum
 audientia noxas ac crimina; appetitam insidiis ac
 maledictis fidelium viam, aemummas, ustulationes,
 dehonestamenta, verbera, discriptiones ac dila-
 nationes?

Quanta nimirum et qualia Philippo socius Hiera-
 poli perpressus sit, primamque in cruce suspensio-
 nem; omnemque ibi tumultuantium infidelium
 coitionem ac grassationem, omnemque cruciatum
 et laborem atque aemumnam? Quenam vero mens
 intellexerit, quaeve oratio auxiliorum Christi co-
 piam, caelestiumque illustrationum et coruscatio-
 num ac fulcimentorum abyssum enarraverit? Quis
 contemplationis magnitudinem ac theologiae cel-
 sitatem; quisve Bartholomaei divinae sapientiae im-
 mensam latitudinem pervestigaverit? Qui enim
 ipsam substantialiter Dei Sapientiam (infinite
 illam, perfectam, divinissimam) in corde manentem
 inque illo fixam habeat, omnia Spiritu scrutatur,
 etiam profunda Dei, tametsi a nullo terrenorum
 intelligitur. Ac quidem ipse omnia dijudicat, a
 nemine autem dijudicatur. Quippe qui agatur
 Christi mente; ac, Quis Domini mentem ipsum
 instruentem ac praemonentem cognovit⁹⁶?

Quis per eum facta magnifica portenta litteris
 exsequatur; quanta Dei digito praestans, eos qui
 aversis animis erant, ad conversionem Dei quo-

⁹⁵ Act. II, 3. ⁹⁶ I Cor. II, 10, 15, 18.

Idem permovebat? Ad Arabes enim quos Eudæmonas vocant (id est felices) vir beatissimus profectus; nec id modo, verum etiam Indis postea et orientibus Æthiopicibus Dei sermo lumenque scientiæ ac vitæ æternæ doctrina informatioque, missus, ipsa quorumque lingua magnifice Christum annuntiavit, omnemque adversus homines depellens infestam dæmonum vim ac grassationem, atque omnem morbum, omnemque languorem in Jesu nomine curans; nec paucos mortuos ejusdem nominis potentia, vita donans, innumeros quotidie credentes fidei rudimenta edoctos Christo adjungebat: regenerationisque lavaero emundans, ac deifico Spiritu eorum detergens corda, quos in illis digniores majoremque gratiam consecutos noverat, in episcopos et sacerdotes, omni prosequendus admiratione sacrorum antistes consecrabat; cunctisque sacris ritibus legibusque perornans, ac Scripturarum doctrina mysteriorumque traditione, quantum capiebant, illis proposita, immaculatas Christo Ecclesias per oppida et civitates obiens lustransque excitabat.

Ejusmodi Bartholomæi præclare gesta; talis magni Ecclesiæ præconis præstantia: inque cum modum annos longe plures apud immanissimas versatus gentes, nedum nihil ipse illarum contraxit feritatis, sed sua illas humanitate impartivit; nec omnino ignorantia aut nequitia illorum vel minima labe suam ipse vitam ac disciplinam aspersione; quinimo excellentia bonitatis divinæque imitationis, illorum impietatis ac morositatis partem plurimam dissolvit; velut sol emissis e cælo in cœnum radiis, ac qui non ipse sordescat, sed magis fetorem dissolvat, aboleatque ac minuat.

Quia vero cursu præclare consummato ac fide servata⁹⁷, quantos nec numerus capiat, ad Dominum converterat, multisque salutis via exstiterat; jam quoque finem digne laboribus respondentem nancisci cupiebat; pingui nimirum senectute corpore fatiscens⁹⁸, atque ad Christum emigrare, Deique requie frui insatiabili desiderio sitiens⁹⁹. Neque vero Dominus justis desiderium istud contempsit: nec exaudivit quidem, minus tamen quam pro votorum illius ratione tribuit: sed sicut in omnibus ex Christi compositus rationibus vir Deo beatissimus cum esset, sic Christi pietate ac moribus vitam instituerat, ut Christus alter recte contuentibus et esset et disciplina omni præferret, ita finem quoque ejusmodi subsequi necesse erat, qui toti vitæ congrueret.

Quanam vero consummationis causa, ac videamus quam illa religiosa exque Christiana pietate. Contigit sacrum Theologum, in quadam urbe majoris Armeniæ (Urbanopolim vocant) versari. In ea magnificis divinisque ex more prædicationibus Deum celebrans; deosque omnes ac omnes dæmones de-

A μένους ἐδυσώπει; Ἄραψι γὰρ τοῖς καλουμένοις Εὐδαίμοσιν ὁ μακαριώτατος ἐπιθεσημηκῶς· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἰνδοῖς μετὰ ταῦτα, καὶ τοῖς ἑσίοις Αἰθιοπῖν, λόγος Θεοῦ, καὶ φῶς γνώσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου διδασκαλία καὶ ὑποτύπως ἀποσταλεις, ταῖς αὐτῶν διαλέκτοις μεγαλοφύως εὐηγγελίσαστο τὸν Χριστόν. Καὶ πᾶσιν μὲν δαιμόνιον ἀποδιώκων κατ' ἀνθρώπων ἐπιφορὰν· πᾶσαν δὲ νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν ὀνόματι θεραπεύων τοῦ Ἰησοῦ· καὶ νεκροῖς δὲ οὐκ ὀλίγοις τῇ αὐτῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει χαρισάμενος τὴν ζωὴν, μυρίους ἄσους ἡμέραν καθ' ἡμέραν πιστεύοντας κατηχῶν προσῆγε Χριστῷ· οὗς τῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαθαίρων λουτρῷ, καὶ τῷ Πνεύματι τούτων τὰς καρδίας ἀποσμήχων θεουργικῷ, τοὺς ἀξιοτέρους ἐν αὐτοῖς καὶ τελειότερας χάριτος ἡξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας τε καὶ ιερέας, ὁ θαυμασιώτατος Ιεροτελεστής ἐτελετούργει· καὶ πάσαις θεσμοθεσίαις κατακοσμῶν ἱεραῖς, καὶ τῶν λογίων τὴν μύησιν καὶ τῶν μυστηρίων τὴν παράδοσιν, καθὼς ἐχώρουν, παρατιθέμενος αὐτοῖς, Ἐκκλησίας ἀμώμους κατὰ χώρας καὶ πόλεις διερχόμενος ἀνίστη Χριστῷ.

Τοιαῦτα τοῦ Βαρθολομαίου τὰ κατορθώματα· τοιαῦτα τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας κήρυκος τὰ προτερήματα· καὶ οὕτως ἐν χρόνοις πλείοσι τοῖς ἀπηνεστάτοις ἐπιχωριαζῶν ἔθνεσιν, οὐκ αὐτὸς τι μετέσχε τῆς αὐτῶν θηριωδίας, ἀλλὰ τῆς οικείας μετέδωκε φιλανθρωπίας· οὐδὲ τῆς ἀγνοίας ὅπως ἢ τῆς κακίας ἐκείνων κἂν τὸν βραχύτατον σπῖλον τῇ κατ' αὐτὸν πολιτείᾳ προσετρίψαστο· μᾶλλον μὲν οὖν, ὑπερβολῇ χῆρηστότητος καὶ θεομιμησίας τὸ πλεῖστον τῆς ἀσεβείας ἐκείνων καὶ σκαιότητος διέλυσεν, ὡσπερ ἥλιος κατὰ βορβόρου τὰς ἀκτῖνας ἀνωθεν λείψ· καὶ οὐκ αὐτὸς ῥυπαινόμενος, ἐκτήκων δὲ μᾶλλον τὴν δυσωδίαν, καὶ ἀφανίζων καὶ μειῶν.

Ἐπεὶ δὲ τὸν δρόμον ἄριστα τετελεκῶς καὶ τὴν πῆστιν τετηρηκῶς, ἀναριθμήτους μὲν ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον, πολλοῖς δὲ σωτηρίας γέγονεν ὁδὸς, ἐπεθύμει λοιπὸν καὶ τὸ τέλος ἀξιὸν ἀπενέγκασθαι τῶν πόνων, ἤδη γήρει πῆστιν τὸ σῶμα πεποννηκῶς, καὶ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναλύσεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καταπαύσεως, ἀπληρώτως ἐφιέμενος. Καὶ οὐκ ἠμέλησεν ὁ Κύριος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ δικαίου· οὐδ' εἰσήκουσε μὲν, ἔλαττον δὲ ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ παρεσχέτο προσευχὴν· ὡσπερ δὲ τὰ πάντα Χριστοειδῆς ὁ θεομακαριστότατος ἀνὴρ ὢν, Χριστοπρεπῶς οὕτως ἐβίωσεν, ὡς ἄλλον ἐκείνον τοῖς ὀρθῶς ὀρθῶσι καὶ εἶναι καὶ πολιτεύεσθαι, οὕτως ἔδει καὶ τέλος ἀνάλογον ὅλων τῷ βίῳ παρακολουθῆσαι.

Τίς οὖν ἡ τελειώσεως ἀφορμὴ· καὶ εἰδῶμεν ὡς Χριστοπρεπῆς· πόλει γάρ τινι τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ὁ ἱερὸς ἐπετέλει Θεολόγος ἐνδημῶν. Οὐρβανόπολιν δὲ ταύτην εἶναι· ἐν ἣ μεγαληγόρως ἢ θεηγόρως, ὡς ἔθος αὐτῷ, βεολογῶν τὸν Θεόν· καὶ πάντα μὲν θεοὺς, πάντα δὲ δαίμονας ἐξουθενῶν, μόνον δὲ

⁹⁷ II Tim iv, 7. ⁹⁸ Psal. lxxv, 15; Gen. xv, 15.

⁹⁹ Phil. i, 23.

σέβεσθαι παρεγγυώμενος τὸν Ἰησοῦν, μόνον ἡξίου τοῦτον εἶδέναι Θεὸν ἀληθῆ· Θεὸν τέλειον, μόνον ἄγιον, ἀχρονον, ἀιώνιον, ἀκατάληπτον, φῶς ἀίδιον ἐξ αἰδίου γεννώμενον, εἰτ' οὖν ἀπαυγαζόμενον Θεοῦ τοῦ Πατρὸς· φῶς ἀναρχον, καὶ συναρχον τῆς ἀφράστως καὶ ὑπὲρ λόγον πάντα καὶ τοῦν ἀπαυγαζούσης ἀρχῆς.

Οὗτος, τὸ ἡμέτερον δλον προσειληφώς, καὶ ἄνθρωπος ὁμοίως ἡμῖν ἐκ Παρθένου ἀγίας καὶ σεμνῆς, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἀλήθεια, γεγονώς, καὶ ἐπὶ τρίτῃ χρόνον ἐν λόγοις θεοπρεπεστάτοις καὶ ἔργοις ὑπερφυσστάτοις ἡμῖν συναναστραφείς, εἶτα σταυρῷ δι' οἰκονομίαν καὶ θανάτῳ προσομιληκώς· εἶτα τριήμερος ἀναστάς καὶ ἀναληφθεὶς, ἡμῶν πρὸς αὐτὸν βλέπόντων, εἰς τὸν οὐρανόν, ἐν δεξιᾷ καθεκάθηκε τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ ἔρχεται κρίναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἀποδοῦναι ἐκάστῳ κατὰ τὴν πρῆξιν αὐτοῦ. Ἐξ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς, φησὶν, ἀποσταλέντες, παραινῶμεν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἀδελφοί, πιστεύσατε καὶ βαπτισθῆτε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τὴν δωρεάν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβόντες, κληροτόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας ἀφθάρτου γενήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Ταῦτα τοῦ ἱεροῦ Βαρθολομαίου, καὶ πολλῶν πλείω καὶ θεϊότερα τοῖς παρεστῶσι τῶν ὄχλων κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον προσηγεῖ καὶ ἠπίω τῷ φθέγματι βοῶντος, καὶ τινῶν μὲν πειθομένων, καὶ τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τιθεμένων, τινῶν δὲ σκληρυνόμενων, καὶ δαιμονιώδει κατ' αὐτοῦ ζήλῳ κινουμένων, ἐξαπίνης οἱ πονηρότατοι τὸν θεοπρεπέστατον συναρπάξουσιν πρεσβύτην, καὶ ἀνακραγόντες τοῖς πρώτοις κατ' αὐτοῦ τῆς πόλεως ἐμφανίζουσιν. Οἱ γε τοῦτον ἰταμῶς ἄγαν ἀνακρίναντες, καὶ τὸν πρεσβευόμενον λόγον ἐπακούσαντες· ὅτι τε Θεὸς ὢν προαιώνιος, ἄνθρωπος γέγονεν ἐγχρόνιος· καὶ ὅτι ἐσταύρωται, καὶ ὅτι τριήμερος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη· καὶ ὅτι ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὅτι ἔρχεται πάλιν κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ὡς οὖν οὕτως ἤκουσαν οἱ δυσσεβεῖς, τῷ καινοπρεπεῖ τοῦ ῥήματος ἐμβροντηθέντες, καὶ πρὸς τὸν ἐσταυρωμένον δυσχεράναντες, αὐτίκα δὴ τὸν αὐτοῦ κήρυκα μαστιγοῦσι, καὶ ἀνασταυροῦσιν, ἄξιον ἐπιφωνοῦντες τὸν τοῦ ἐσταυρωμένου μύστην σταυρὸν τὴν ζημίαν ὑποσχεῖν.

Καὶ ὅς εὐθύμως προσῆει τῷ ξύλῳ, μετὰ πλείστης ὄσης προσηλοῦτο χαρᾶς· ἐντεῦθεν ἄγγελοι μὲν οὐρανῶθεν ἐπ' αὐτὸν καταβαίνοντες καὶ ἀναβαίνοντες, ὑπερφυσστάτην ἀνάθασιν ὠδοποιοῦν. Διηνέωκτο δὲ ὁ οὐρανὸς ἀνωθεν αὐτῷ, καὶ πᾶσαι δὲ τῶν οὐρανίων Δυνάμειον ἱεραρχίαι, πρὸς ὑποδοχὴν καὶ δεξιῶσιν τῷ φιλιτάτῳ τοῦ Κυρίου παρεσκευάζοντο μαθητῆ. Ὁ δὲ χαριστήριον ὁμοῦ καὶ ἰκέσιον πρότερον, ὡσπερ εὐῶδες θυμίαμα προαναπέμψας τὴν ἐξομολόγησιν τῷ Πατρί· ἔπειτα, προσηγῶς μὲν καὶ ἀσμένως τῶν ἐνδέσμων ῥηγνύμενος τῆς σαρκὸς, Πνεύματι δὲ Θεοῦ

A spuens, unumque Jesum colendum admonens; cum solum ut verum Deum agnoscerent instabat; nempe: Deum perfectum, solum sanctum, principii expertem, æternum, incomprehensum, lumen æternum ex æterno natum lumine; id est, manantem ex Deo Patre splendorem, lumen principii expert ac coexpert principii, principio, quo auctore nulla vi verborum explicabili ratione, supraque omnem rationem et effulget.

Hic, quidquid nostræ concretionis est assumens, similique nobis ratione ex sancta ac castissima Virgine factus homo, uti fidei nostræ veritas docet, triumque annorum spatio divinissimis sermonibus præmagnificisque ac stupendis operibus nobiscum conversatus, tumque propensiore consilio cruce ac morte perfunctus, postmodumque triduanus suscitatus, atque in cælum, nobis in eum contuentibus, receptus, in dextera Dei sedit: qui etiam venturus est judicatum orbem terræ in justitia, et ut reddat unicuique juxta opera sua. Ejus, inquit, nos quoque nutu missi, hortamur vos et obsecramus, fratres, ut credatis et baptizemini in nomine ejus; donumque Spiritus sancti accipientes, hæredes vitæ æternæ regni que incorruptibilis efficiemini, in Christo Jesu. Amen.

Talia atque his longe plura divinioraque cum miti lenique alloquio sacratissimus Bartholomæus astantibus turbis, ipsa earum lingua, declamaret, atque alii quidem crederent, assensumque veritatis doctrinæ præberent; alii vero exacerbarentur, ac dæmoniaci adversus eum æmulatione incitarentur, facta repente coitione, scelestissimi divinissimum senem corripunt, sublatoque clamore primoribus eum civitatis accusant. Hi severe admodum instituto causæ examine, auditaque ejus prædicationis doctrina, ac, quod Deus cum esset prææternus, homo in tempore factus est; quod cruci affixus, quod triduanus a mortuis suscitatus, quod in cælum receptus, ac rursus venturus judicatum vivos et mortuos. Cum hæc igitur impii perorantem audissent, verbi novitate attoniti, adversusque crucifixum, indignatione accensi illius confestim præconem verberibus cæsum in crucem agunt; æquum scilicet pronuntiantes, ut crucifixi discipulus crucis pœna multaretur.

Ille porro alacri animo lignum adiens, maximo gaudio illi confixus est. Hinc angeli e cælo in eum descendentes et ascendentes⁹⁹, augustissimum illi ascensum præstruebant. Apertum ei superne cælum, omnesque cælestium Potestatum ordines, ad suscipiendum charissimum Domino discipulum ejusque pompam parati erant. Hinc ille, gratiarum prius actionis ac supplicationis, fragrantissimi instar thymiamatis, confessione ad Patrem directâ, tumque leniter ac placide abruptus carnis vinculis, Deique Spiritui e terra in cælum assumenti devin

⁹⁹ Joan. 1, 51.

etus atque compactus, sic e corpore perfecte evolat et ad Deum cum claritate commigrat : atque ut vere filius ad Patrem cœlo celsiorem inenarrabili exultatione deductus, hæreditatem incontaminatam atque longævam, divinissimamque jucunditatem, atque supremum ac primum cum Petro et Paulo apud summum omnium Regem honorem consequitur.

Idcirco saluto te, charissimum Deo ac sanctissimum caput. Salve, lapis pretiosus, unus ex duodecim, summo angulari dignus lapide; pretioso dignus margarito, velut illi immediate cohærens, eique aptatus atque contextus, et coædificatus, in habitaculum Dei in Spiritu.

Salve, stella lucidissima ac spectabilis, pulcherrimaque ac late conspicua, qui undecim consortus, in starque stellæ⁹⁹, plexæ illi coronæ gloriæ inditus ac appositus es, quam cœlestis sponsus, ut sacratissimum habet eloquium, aptavit capiti sponsæ.

Salve, Angelorum jucunditas, Archangelorum cura, Principatum odoris fragrantia; ac quidem Potestatum splendor, Dominationum vero angustum decus : qui Thronis consideas; Cherubim sodalis, ac Seraphim contubernalis existas.

Salve, apostolorum gloria, martyrum illuminatio, sanctorumque omnium sanctificatio et jucunditas; res Deo digna, nomenque prorsus desiderabile; ^C digne divineque pro nominis ratione Bartholomæus nuncupatus; vere filius suspendens aquas : id enim nomen sonat, si quis interpretetur.

Salve ac gaude, quod et ipse Dei imitatione sicut Dei Filius verbo aquas sublimes ære librat⁹⁹, levatque e terra, quibus etiam juxta Scripturam, *tegit cœnacuta ejus*¹ : sic quoque tu, aquas multas (humiles scilicet animos tua opera credentium Christo) prædicatione tua sustollis; spiritualioresque a terreno penitus sensu suspendens, ac in Deum perfectius elevans, in illis qui secundi ordinis sunt, ac cœnaculorum rationem habent, animos fidelium legis.

Salve sis, beate, inclyte ac divine, qui magnum et parvum, multum et paucum salutare Evangelium prædicasti ac docuisti : magnum quidem, quod omnem mentis ratione utentis atque indolis comprehensionem excedat; parvum vero, ob inclinationem atque ad terrigenas demissionem, ac cum eis similitudinem, ejus qui cœlis celsior existit. Vel magnum quidem, ob Deitatis majestatem; parvum autem, ob extremam humanæ naturæ exilitatem : quorum nova mistio et concretio, Evangelii caput summaque est. Ac multum quidem, quod multam in se ac immensam intelligentiæ ac sapientiæ abditam

^A συνδέομενος καὶ συναρμολογούμενος, τῷ τοῦτον ἀναλαμβανομένῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ γῆς, οὕτω τελῶς ἀφίπταται μὲν τοῦ σώματος, ἐνδημεῖ δὲ μετὰ δόξης πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὡς ἀληθῶς τέκνον τῷ ὑπερουρανίῳ Πατρὶ ἀνεκκλήτῳ προσεληλυθῶς ἀγαλλιάματι, τῆς ἀμιάντου κληρονομίας καὶ μακραίωνος, τῆς θεοτελεστάτης τερπνότητος, καὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης μετὰ Πέτρου καὶ Παύλου παρὰ τοῦ Παμβασίλει καταξιούται τιμῆς.

Προσαγορεύω σε τοιγαροῦν, τὴν τιμιωτάτην τῷ Θεῷ καὶ παναγεστάτην κεφαλὴν. Χαῖρε, ὁ λίθος ὁ τίμιος, ὁ εἰς τῶν δώδεκα, ὁ ἀξίος τοῦ ἀκρογωνιαίου, ἀξίος τοῦ πολυτίμου μαργαρίτου, ὡς αὐτῷ προσεχῶς ἡγγικῶς καὶ συναραρῶς καὶ συνυφασμένος καὶ συνυφοδομημένος, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν ^B Πνεύματι.

Χαῖρε, ἀστὴρ φωτοφανέστατε καὶ περίσπετε, περικαλλέστατε καὶ περίδλεπτε· ὁ τοῖς ἔνδεκα συνηρμοσμένος, καὶ εἰς τὸν στέφανον τὸν πλακέντα τῆς δόξης συγκαταστεριζόμενος καὶ συνταττόμενος, ὃν ὁ οὐράνιος νυμφίος, κατὰ τὸ μυστικώτατον λόγιον, τῆ τῆς νύμφης ἐφήρμοσε κεφαλῇ.

Χαῖρε, τῶν Ἀγγέλων ἡ θυμηδία, τῶν Ἀρχαγγέλων ἡ θεραπεία, τῶν Ἀρχῶν ἡ εὐωδία· καὶ τῶν Ἐξουσιῶν μὲν ἡ λαμπρότης, τῶν Κυριοτήτων δὲ ἡ κοσμιότης· ὁ τῶν Θρόνων σύνθρονος, καὶ τῶν Χερουβειμ συνόμιλος, καὶ ὁμοδίαιτος τῶν Σεραφείμ.

Χαῖρε, τῶν Ἀποστόλων ὁ καλλωπισμός· τῶν Μαρτύρων ὁ φωτισμός, καὶ πάντων Ἀγίων ἀγιασμός καὶ ἀγλαϊσμός· τὸ ἀξιόθεον πρᾶγμα, τὸ ἀξιοπόθητον ὄνομα· ὁ ἀξιώνυμος καὶ θεώνυμος Βαρθολομαῖος· *Ἐ ἀληθῶς ὕδατα κρεμάσας υἱός*· τοῦτο γὰρ ἡ σημασία τοῦ ὀνόματος.

Χαῖρε, ὅτι θεομιμήτως καὶ αὐτὸς, καθάπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, λόγῳ τὰ ὕδατα διαέρια μετεωρίζει καὶ κουφίζει τῆς γῆς, οἷς καὶ τὰ ὑπερῶα αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἱεράν, στεγάζει, Γραφήν· οὕτω καὶ αὐτὸς ὕδατα πολλὰ, τῆς χαμερπεῖς διανοίας τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευόντων, τῷ Εὐαγγελίῳ σου μετεωρίζει· καὶ τοῦ γῆινου φρονήματος τοὺς πνευματικωτέρους παντάπασι κρεμάσας, καὶ τελεώτερον ἐπάρας πρὸς τὸν Θεόν, ἐν αὐτοῖς τὰς δευτέρας τάξεως οὔσας, καὶ ὑπερῶων λόγον ἐπεχούσας, τῶν πιστῶν σκεπάζεις ^D ψυχάς.

Χαῖρε, μάκαρ, αἰδίμιε καὶ θεσπέσιε· ὁ μέγα καὶ μικρὸν, πολὺ καὶ ὀλίγον τὸ σωτήριον θεολογήσας Εὐαγγέλιον. Μέγα μὲν, τῷ πάσης λογικῆς διανοίας καὶ φύσεως ὑπεραναβεθηκέναι τὴν κατάληψιν· μικρὸν δὲ, διὰ τὴν συγκατάθεσιν καὶ τὴν πρὸς τοὺς γηγενεῖς τοῦ ὑπερουρανίου ταπεινότητα καὶ ὁμοιότητα. Ἡ, μέγα μὲν, διὰ τὸ τῆς θεότητος μεγαλοπρεπές· μικρὸν δὲ, διὰ τὸ μικροπρεπές τῆς ἀνθρωπίνης ἐσχατιᾶς, ὧν ἡ καινὴ μίξις καὶ κρᾶσις, τὸ κεφάλαιον τοῦ Εὐαγγελίου χρηματίζει· καὶ πολὺ μὲν, τῷ πολὺν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀμέτρητον ἔχειν συνέσεως καὶ σοφίας ἐν ἀπορόητοις βυθόν· ὀλίγον δὲ πάλιν,

⁹⁹ Apoc. xii, 1. ⁹⁹ Job xxvi, 8. ¹ Psal. ciii, 3.

ὡς ὀλίγην αὐτὸ καὶ σύντομον συγκεφαλαιούμενον Ἀ
θεολογίαν.

Χαῖρε, καὶ κατατέρπου, λαμπρότατε καὶ βασιλι-
κώτατε τοῦ Θεοῦ παῖ, ὅτι σοι θρόνος ἐν οὐρανοῖς
παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἡτοιμάσθη Χριστῷ· ἐν ᾧ
καὶ καθιεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτάτων τοῦ Λόγου καὶ
κορυφαίων ὀπαδῶν, κρίνων, ὡς ἡ θεία τῆς ἀληθείας
ὑπόσχεσις, τὸν Ἰσραήλ.

Χαῖρε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς θειοτέrais ἐπισκεπτόμενος
ἐπιδημίαις, πάσης θλίψεως καὶ καταγίδος ῥύσαι,
καὶ ὀδύνης καρδίας καὶ πειρασμῶν· καὶ ἀπὸ προσ-
ώπου μὲν ἐχθροῦ πύργος ἡμῖν ἰσχύος γενοῦ· γενοῦ
δὲ μεσίτης καὶ διαλλακτῆς ἀγαθῆς πρὸς Χριστὸν,
ἀκατασχύντους αὐτῷ προσάγων, καὶ προσοικειῶν
τῷ Παμβασιλεῖ· εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ
ἀγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας
τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Translationem sacri pignoris Bartholomæi in Liparim insulam, Latini pariter ac Græci concorditer
memorant. Significat Gregorius diu post ejus martyrium contigisse, cum infideles illarum regionum poti-
rentur, qui sic fidelium devotioni obtundere, et sancti apostoli cultum abolere pertentarent; cum Deus
majori cultu habendas ejus exuvias ad partes Occiduas, ac postremo Romam sacerdoti arcem destinaret.
Nostra breviter, at graviter Tiliana Menæa II Junii: Σταυρῷ παραδοθεὶς ἐν Ἀρβανουπόλει τελειοῦται ἐνδύ-
ξως, καὶ ἐν μολυβδίνῳ λάρνακι τεθεὶς τῇ θαλάσῃ ἐναποβρίπτεται. Ὑπὸ δὲ θελας προνοίας μέχρι Σικελίας,
ἐν Λιπάρῃ τινὶ νήσῳ κομισθεὶς καὶ φανερωθεὶς, ἐκείσε θάπτεται· *Cruci traditus Arbanopoli gloriose con-
summat; inque urna plumbea positus, in mare projicitur. Dei tamen providentia usque in Siciliam, in
insulam quamdam Liparam delatus atque manifestatus, ibi sepelitur.* Veram edita 25 Augusti sic cuncta
fuse narrat.

Ἡ ἐπάνοδος τοῦ λειψάνου τοῦ ἀγίου ἀποστόλου C
Βαρθολομαίου.

Ὡς θαυμαστός ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ!
Εὐκαιρὸν ἐστὶ κάμει νῦν ἀναβοῆσαι, διηγῆσθαι
προαιρουμένῳ ἐξαίσίῳ τι καὶ φρικῶδες τερατούρ-
γημα. Ὁ γὰρ ἅγιος ἀπόστολος Βαρθολομαῖος ἐν δια-
φόροις τόποις τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα φανερὸν τοῖς
ἀνθρώποις ἀνακηρύξας, σταυροῦται ἐν τῇ μεγάλῃ
Ἀρμενίᾳ τῆς Ἀνατολῆς (44)· τοῦτον καταθέντες ἐν
λάρνακι λιθίνῃ (45) ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ πιστοὶ εὐρε-
θέντες, ἀπέθεντο ἐν Οὐρβανουπόλει. Ὡς δὲ ἡ λάρναξ
ἐκείνη ἀεννάους τὰς ἰάσεις βλυστάνουσα ἦν, προσ-
έτρεχον οἱ λαοὶ, καὶ ἀπηλλάσσοντο τῶν ἐνοχλούντων

³ Matth. xix, 28. ⁴ Psal. lx, 4. ⁵ Psal. lxxvii, 39.

(44) Τῆς Ἀνατολῆς. Hoc ipsum forte voluit D
Œcumenius sua Synopsi, ubi editum, τῆς Ἰνδι-
κῆς; ; tametsi etiam Studita Armeniam Indiæ vide-
tur dicere, cum sic ait: *Deinde Indiæ evangelizans,
ad ultimum in Armenia Majori, quæ ejusdem est
provinciæ.* Nota regio ἡ Ἀνατολή, ipsa vasta, et un-
de sic dicta Græcis, quod scilicet ad orientem es-
set Constantinopoli; quæ et latius accepta ipsam
Armeniam complectatur. Auctor perinde cruce sub-
latum refert apostolum. Unus ex Græcis Studita,
*Decoratus ab impiis in modum follis, capite plexus
est; cujus phrasim essent imitati, qui a Barbaris vi-
vum excoriatum, et jussu Astyagis capite truncatum,
dixerunt.* Sic nempe utrumque Persæ nectebant
supplicium, alterumque alteri præibat, velut fere
apud Romanos, prius rei virgis aut sustibus cæde-
bantur, quam morte plecterentur. Prævisse item
crucem, ut sic omnia concilientur, non facile ac-

contineat altitudinem; paucum vero rursus, quippe
quod paucam ac compendio brevem summa colligat
de divinis doctrinam.

Gaude ac lætare, clarissime regalissimeque Dei
fili! quod tibi sedes in cælis apud Regem gloriæ
Christum parata est, in qua etiam cum antiquissi-
mis ac primariis Verbi discipulis, pro eo ac divina
vere cautum promissione est, Israelis judex sessu-
rus es².

Salve sis, verum nos quoque diviniorebus Invi-
sens conspectibus, ab omni ærumna et turbine
libera, cordisque dolore et tentationibus: ac esto
nobis turris fortitudinis a facie inimici³: esto et
sequester ac bonus cum Christo pacator, qui nos
illi inconfusos adducas, summoque omnium Regi
concilies; in gloriam Patris et Filii et Spiritus
sancti, nunc et semper, et In sæcula sæculorum.
Amen.

Reversio reliquiarum sancti apostoli Bartholomæi.

Quam mirabilis Deus in sanctis suis⁴! nunc quo-
que ipse opportune clamavero, qui stupendum
quidpiam atque tremendum prodigium narraturus
sim. Sanctus enim apostolus Bartholomæus, cum
nomen Domini in diversis locis prædicatione sua
mortalibus notum reddidisset, in majori Armenia,
quæ plagæ orientalis est, cruci affigitur. Qui autem
ejus consummationi adesse fideles inventi sunt,
depositum in arca lapidea, Urbanopoli condiderunt.
Cumque arca illa, seu urna, jugi sanitatis vena
scaturiret, concurrentes populi, morborum mole-

quiescam Lipomano; sed aliam aliamque traditio-
nem, quod attinet ad supplicii genus, esse sentio.
Nisi forte tanta rabies fuit, ut sic crucifixum capite
in terram verso e cruce seminecem extraxerint,
aliaque Persico more illi tormenta irrogarint: quod
tamen auctores utriusque sententiæ ne hilum qui-
dem insinuant, ut quasi ex illis legitime satis possi-
mus conjicere.

(45) Ἐν λάρνακι λιθίνῃ. Sic quoque Joseph et
Studita; cum noster Menæorum codex, sic expres-
sum μολυβδίνην habeat, id est plumbeam. Ac, num,
quod fere usus habet, in arca lapidea, urna plumbea
erat, ac utrumque in mare projecerunt inofficiosi
homines, ne qua apostoli memoria, etiam vacuo tu-
mulo, apud eos exstaret, et qua confoveri posset
populi in eum devotio? Mea hæc conjectura; alii
divinent; vel quod plurimum est, admittant.

stia liberabantur. Videntes itaque diaboli ministri, A furore in urnam illam incendebantur; ac quandoque deliberatione habita, urnam in qua erat sancti apostoli corpus, cum quatuor aliis sanctorum martyrum urnis, in mare projecerunt. Id vero omne contigit, ut et tantus maris tractus, quantum emensi sunt, per illos sanctificaretur, ac loca per quæ illos divisit divina gratia, benedicerentur.

Magnos enim Ponti sinus subnavigans apostolus, altisque Hellesponti superatis angustiis, Ægeum mare et Adriaticum petiit, relleque a sinistris illustri ac maxima Siciliæ insula, una comites habens qui in aliis urnis præclara victoria inclyti martyres erant, Pappianum, Lucianum, Gregorium et Acacium, ad insulam, quam Liparam vocant, appulsus est. Quam mirabilia opera tua, Domine! B Ecquænam oratio laudandis illis sufficiat? Ac quidem præclari victores martyres, velut rege quodam, ubi eum conquirere voluerant, magno derelicto apostolo, statim reversi sunt, quo loco divinæ providentiæ visum erat, singulis illis hospitium sedesque ascribere: Pappianus quidem in urbem Siciliæ Amyllam; Lucianus vero, Mesanam; Gregorius, Columnam Calabriae urbem; Acacius Asealum civitatem sic dictam.

Tum apostolus adventum suum Agathonis intimat. Statimque episcopus matura diligentia, ubi magnum horrendumque prodigium vidit, stupore plenus: Unde, inquit, tibi, Liparn, tantus hic ingensque the- f saurus advenit? Plane eximie magnificata es et clarificata. Choros age, sali atque exsulta. Suscipe tuis manibus, et ad eum clama: Fauste venisti, apostole Domini. Hæc aliaque non pauca prolatus episcopus, laudesque apostoli atque insule prosecutus, dicendi finem fecit.

Quodque deponenda urna loco illustri, quo scilicet loco divinum delubrum ad gloriam celebratissimi apostoli excitandum erat; trahentibus multis, nihil illa obsequabatur, donec revelatione divina beatus Agatho adducto vitularum jugo, ac foniculis alligatis, ingentis molis arcam illam, inhabitantis potentia facile traxit, quo apostoli voluntas delegerat.

Ingens porro miraculum miraculis comes secutum, ac cui forsitan plures eorum quibus ignota divina prodigia sunt, fidem abnegabunt. Exiguæ mo-

⁵ Eccli. ii, 4.

(46) Παππιανόν. Anastasius in Studita Pappinum vocat; apud quem etiam nomina urbium minus corrupta sunt: de quibus videnda nostra. Bibl. PP. concionat.

(47) Βουρξάνος. Anast. in Studita, Vulcanus; favetque allatæ jam mihi conjecturæ, permutationis litterarum ex soni affinitate, ubi sic crassioribus auribus Græci audiunt in nominibus propriis. Miraculum vere stupendum, cujus tamen Joseph non meminit, qui videatur Studita antiquior, et qui jam

παθῶν. Ταῦτα οὖν βλέποντες οἱ τοῦ διαβόλου ὑπαυροί, ἐμαίνοντο κατὰ τῆς λάρνακος ἐκείνης· καὶ σκεψάμενοι ποτε, ἀπέβριψαν ταύτην, συνέχουσιν καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ ἀποστόλου ἐν τῇ θαλάσῃ, σὺν ἑτέραις λάρναξιν ἁγίων μαρτύρων τέσσαρσι. Τῆσδε δὲ ὄλον γέγονεν, ἵνα καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα ᾦν διηλθον, ἁγιασθῆ δι' αὐτῶν· καὶ οἱ τόποι καθ' οὓς ἡ θεία χάρις αὐτοὺς διεμέρισεν, εὐλογηθῶσι.

Τοὺς γὰρ μεγάλους τοῦ Πόντου ὑποπλεύσας κόλπους ὁ ἀπόστολος, καὶ τὰ στενά τοῦ Ἑλλησπόντου παραδραμῶν βάθη, τὸ Αἰγαῖόν τε καὶ τὸ τοῦ Ἀδρίου κατέλαβε πέλαγος· καὶ τὴν τῶν Σικελῶν περιφανῆ τε καὶ μεγίστην ἐν εὐωνύμοις καταλιπὼν νῆσον, ἔχων συνεπομένους αὐτῷ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἑτέραις λάρναξι καλλινίκους μάρτυρας, Παππιανόν, Λουκιανόν, Γρηγόριον καὶ Ἀκάκιον, νῆσῳ τῇ οὕτω καλουμένῃ Λιπάρῳ, προσωρμίσθη. Ὡς θαυμάσια τὰ ἔργα σου, Κύριε! καὶ τίς λόγος ἐξαρκέσει πρὸς ὕμνον τῶν θαυμασίων σου; Καὶ οἱ μὲν καλλινίκοι μάρτυρες, οἳ τινὰ βασιλέα ἐν ᾧ ἂν ἤρετσαντο ἀναπαύσασθαι τὸν μέγαν καταλιπόντες ἀπόστολον, αὐτίκα ἀνθυπενόστησαν, ἔνθα ἂν ἕκαστον ἡ θεία κατασκηνώσαι εὐδόκησε πρόνοια· Παππιανόν (46) μὲν εἰς Ἀμυλλαν πόλιν Σικελίας· Λουκιανόν δὲ ἐν Μεσσηνίᾳ· Γρηγόριον ἐν Κολύμνῃ πόλει Καλαβρίας, καὶ Ἀκάκιον εἰς Ἀσκάλου πόλιν οὕτω καλουμένην.

Τότε Ἀγάθωνι τῷ θεῷ ἐαυτὸν καταμηνύει ὁ ἀπόστολος. Καὶ παρευθὺς ὁ ἐπίσκοπος σπεύσας, τὸ μέγα καὶ φρικῶδες ὡς εἶδε τεράστιον, θάμβους πλησθεὶς, Πόθεν σοι οὗτος, ὦ Λιπάρῳ, ἀπεφθέγγετο, ὁ πολὺς προσεγένετο πλοῦτος; Ὅντως ἐμπεγαλύνθης ὑπερβαλλόντως καὶ ἐδοξάσθης. Χόρευσον, σκίρτησον. Ὑπόδεξαι χερσὶν οικελαῖς καὶ βόησον πρὸς αὐτὸν, Καλῶς παραγέγονας, ὁ τοῦ Κυρίου ἀπόστολος. Ταῦτα καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα ὁ ἐπίσκοπος εἰπὼν, καὶ ἐγκωμιάσας τὸν τε ἀπόστολον καὶ τὴν νῆσον, κατέπαυσε τὸν λόγον.

Ἐπεὶ δὲ εἶδε ἀποκαταστῆναι τὴν λάρνακα καὶ ἐν τόπῳ ἐπιστήμῳ, ἐν ᾧ καὶ θεὸς σηκὸς ἐμελλεν ἀνεγείρεσθαι εἰς δόξαν τοῦ πανευφήμου ἀποστόλου, ὡς μὲν ἔλκοντες πολλοὶ, ὑπήκουε δὲ οὐδαμῶς, ἕως ἀποκαλύψει θεῖα ὁ μακάριος Ἀγάθων ζεῦγος ἀγαγῶν δαμάλειον, καὶ λεπτοῖς ἀποδήσας καλωδίους, τὴν παμμεγέθη ἐκείνην λάρνακα, τῇ τοῦ ἐνοικουόντος D δυνάμει, εὐκόλως ἤξε, ὅπου τὸ τοῦ ἀποστόλου ὑπῆρξε θέλημα.

Θαῦμά τι δὲ θαύμασι συνείπετο μέγιστον, καὶ πολλοῖς ἴσως τῶν ἀμυήτων τῶν θεῶν τερατουργιῶν ἀπιστον. Νησιδίον γὰρ Βουρξάνος (47) ὀνομαζόμενον,

nomen haberet Metaphrastis ætate. Certe ejusmodi est, cui non facile arrogant fidem nedum ἀμύητοι τῶν θεῶν τερατουργιῶν, ut auctor scribit, sed nec qui divinam in prodigiis virtutem sancte venerantur. Potest hæc hisque majora illa præstare, sed facile etiam est in ejusmodi vulgi obrepere. Vulcaniæ ejusmodi insulæ, in quibus pars magna sulphur est et materia combustibilis, magna habent symptomata, ex ipsa rerum natura et absque miraculo: in quibus non injucunda lectu, quæ nuper in

καὶ πηγὴν ἔχον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀναδράζουσαν, ὡς μόνον τὴν τοῦ ἀποστόλου παρουσίαν ἤσθετο, ἐπειδὴ τῇ ἐγγύτητι τὴν Λιπάραν κατέβλαπτε, θεῖα δυνάμει εὐθέως ἀποσυρὲν, ἑπτὰ σταδίους μακρὰν ὤχετο, τοῦ παρασυρμῶ ὡσπερ ποταμίου ρεύματος μέχρι τῆς σήμερον τὸ θαῦμα ἀνακηρύττοντος. Ὁ παραδόξων θαυμασίων! ὦ ὑπερβαλλόντων τερατουργημάτων! ποῦ τοιαῦτα ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἡλίον διέγνωσται; Ἐπειδὴ δὲ ἀνήγειρε καὶ περικαλλῆ ναὸν ὁ ἐπίσκοπος τῷ ἀποστόλῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς πολῦτιμον θησαυρὸν τὸ μακάριον ἐκεῖνο καὶ σεβάσιμον κατέθετο λείψανον σὺν τῇ λάρνακι, τίς δύναται ἐξαιρεῖν τὰ ἐκεῖσε ὁσημέραι γινόμενα θαύματα;

Ἐτῶν οὖν πλείστων παραδραμόντων, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως (48), τοῦ φρουρίου ἐν ᾧ ἅγιος ἀπόστολος κατέκειτο διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν συλληφθέντος, καὶ πάσης τῆς νήσου Λιπάρας ἀοικητοῦ διαμεινάσης, ὁ τῆς πόλεως Βενένδου ἀρχὼν τὰ ἀποστολικὰ θαύματα ἀναμαθῶν, πίστει ζεοῦση πρὸς τὸν ἅγιον κινήθεις, ἐκ τῆς Ἀμαλφινῶν πόλεως ἄνδρας τινὰς ναυσιπόρους προσκαλεσάμενος, καὶ τούτοις χρήματα ἱκανὰ δοῦναι ἐπαγγειλάμενος, ἤξιωσεν ἀπελθεῖν, καὶ τὸν πολῦτιμον ἐκεῖνον πρὸς αὐτὸν ἀνακομίσει θησαυρὸν. Ὁ καὶ ἐγένετο.

Ὁ γοῦν ῥηθεις ἀρχὼν ἐκ πολλοῦ διαστήματος τῆς θαλάσσης ἴδεν, τὸν τε τοῦ τόπου ἐπίσκοπον καὶ πολλοὺς ἄλλους τοῦ τε κλήρου καὶ τοῦ πλείστου λαοῦ συγκινήσας, πρὸς ὑπαντήν ἐξῆλθεν τοῦ ἀποστόλου. οὗ καὶ τὸ ἅγιον λείψανον ἐν τῇ πόλει Βενένδου ἀγαγὼν, ἐν σεβασμίῳ τόπῳ κατέθετο. Ἐνθα καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶν ὁ μέγας ἀπόστολος, πᾶσι τοῖς ἐκεῖσε ἐδείκνυτο, εἰς δόξαν τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ ἡμῶν.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ΄.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον (49).

Ματθαίου δὲ μνήμης τί ἂν γένοιτο χαριέστερον; Δι' ὅτι οὐ ψιλὸν ἡμῖν τὸν ἀπόστολον, κατὰ τοὺς ἄλ-

Relatione insulæ sanctæ Irenæ prope Cretam habentur scripta.

(48) Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως. Appendix Anastasiana perinde refert, etsi Theophili non meminit; pauloque aliter rem narrat; nempe factam revelationem cuidam monacho Græco ut dispersa ossa colligeret signo divini luminis agnita; quæ ipsa ejus rei fama, sive etiam miraculorum quæ olim percrebuerant in sancti apostoli tumulto, in causa fuerit, ut ita Beneventanus regulus seu magistratus, per conductos Amalphitanos nautas sacrum pignus sibi rapiendum putaverit, ipso forsitan Græco monacho annuente, et eum a suis Græcis nihil jam opis exspectaret. Sicque alia aliam juvet narratio, non quidquam officiat.

(49) Matthæi res, præter Evangelium ab eo scriptum, obscuræ admodum remansere, nullis certæ fidei auctoribus consignatæ; Abdia Babylonio fabuloso auctore fere proditæ, quem ipsum exscribit Perionius; quodque nulla affert veterum monumenta, nullam eis majorem conferre auctoritatem certum est. Quæ novissime ex antiquis monumentis et sanctorum Patrum scriptis collegit R. D. Marc. Antonius Columna archiepiscopus Salernitanus, et sane quidem erudite, ut auctor est Baronius in notis,

lis insula est, Vulcanum vocant, in qua Ions ignis ebulliens nocte dieque. Hæc, ubi duntaxat apostoli sensit adventum, quod vicinitate Liparam oblaedebat, divina potentia statim retracta, septem procul stadiis recessit; quod miraculum tractus velut recedentis fluvii in hunc usque diem prædicat ac prodit. O inaudita stupendaque miracula! o modum omnem excedentia prodigia! Ubi talia in universa quæ sub sole est cognita? Postquam vero etiam episcopus elegantem ædem apostolo excitaverat, atque in illa quasi pretiosum thesaurum, beatum illud ac venerabile pignus cum urna deposuerat, quis referre possit quanta ibi quotidie fierent miracula?

Longa itaque annorum decursa serie, extremis temporibus, in diebus Theophili imperatoris, capto ab Agarenis, ob plura nostra scelera, in quo sanctus apostolus jacebat, præsidio, omnique Lipari insula manente desolata, Beneventanæ urbis regulus, apostoli perceptis miraculis, ferventi erga sanctum fide excitatus, Amalphitanæ urbis nautis aliquot convocatis, ac quantas par erat pecunias dare pollicitus, ire jussit, ac pretiosum illum thesaurum ad se deferre. Quod et contigit.

Quem dicebam itaque re ilis longo procul a mari intervallo, accitoque loci episcopo multisque aliis, tum ex clero tum ex vulgi plebe in occursum apostoli exivit; adductumque Beneventum sacrum pignus, in venerabili æde deposuit: ubi etiam oppidanis omnibus sanctitates præstans clarescebat magnus apostolus, in Dei nostri gloriam, qui omnem boni rationem excedit.

ORATIO XI.

Laudatio sancti celebratissimique apostoli et evangelistæ Matthæi.

Matthæi memoria quidnam fuerit gratius? quod scilicet non nudum nobis apostolum, sicut reliquos,

mihî in manus non venire; et forte potuissent laborem levare, gratiamque is ipse fecisset, si ex illis aliquid saltem delibasset: nisi sunt illa ipsa quæ affert. Ait autem se legisse in libello Hippolyti *De duodecim apostolis, Matthæum victimam factum virginitatis: alludente nimirum auctore ad historiam de sancta Iphigenia virgine, quæ legitur in Actis ejus ab eo Deo dicata.* Nempe legitur in Actis illis Abdianis: nusquam alibi: mihî editus Hippolyti indiculus nihil habet ejusmodi; at nec Matthæi in Æthiopiæ itineris aut prædicationis, quæ proinde videri possint in Hippolyto subdititia. Metaphrastis nomine vulgata Acta a Lipomano et Surio ommissa, cum probatiora videantur, quam illa altera illi repræsentata, eidemque Lipomano secundo loco edita, extra Parthiam non trahunt Matthæum, et Hierapolim Syriæ, in qua martyrium fecerit. Ac de Iphigenia, certum est, præter novas Romanas tabulas Baronio aliisque auctas, Clem. VIII summo pontifice, nullas alias ejus nomen habere, ne ipsis quidem Romanas paulo superiores; in quibus hoc solum de Matthæo: *Natale sancti Matthæi apostoli et evangelistæ, qui apud Æthiopiæ prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangelium Hebraico sermone conscriptum, Christo revelante, tempore Zenonis*

nominis nuncupatio delinēet, sed una quoque evangelistæ dignitatem iuferat : evangelistæ autem me-

imperatoris inventum est. Eademque fere Beda, qui et Hortaci nomen addit, insinuans se ex Abdia bibisse; ex quo nescio an tuto satis vindicare poterint Iphigeniæ nomen, qui eas tabulas auxere. Æthiopiā etiam habet Socrat. I. 1, c. 15 : Θωμάς μὲν τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπεδέχετο· Ματθαῖος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκλήρουτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν· Thomas Parthiam suscepit, in qua apostolico munere fungeretur : Matthæus Æthiopiā; Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est. Interiorem vero Indiam censet non penetrasse, ad quam Constantino Magno imperatore fides pervaserit, et cui Frumentius episcopus datus sit. Proinde loquitur Socrates de Æthiopibus Asiaticis, vicinis terræ sanctæ, nec forte ab aliis dissentit, qui vel Hierii, vel Hierapoli Syriæ apud Parthos vel Persas martyrium fecisse scripserunt. In his Martyrologium Corbeiense magnæ certe antiquitatis et fidei. xi. Kal. Oct. : In Persida, civitate Tarrum, natalis sancti Matthiæ evangelistæ. Scripsit Hierium, quod sic antiquarius depravarit, vel qui non satis accurate ex illo exscripsit. Idem pridie Non. Maii omissio solum civitatis nomine : In Persida, natalis S. Matthæi apostoli et evangelistæ. De loco ubi passus est, vel ubi sepultus, inquit Baron, potius assentior Venantio Fortunato, qui ante annos mille vixit : is etenim dum agit de apostolis singulis, ipsisque locis ubi passi et conditi sunt, hæc de Bartholomæo atque Matthæo canit :

*Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.*

Mihi quoque esset magnum ad fidem, si suæ res ætatis Fortunatus referret, vel non liqueret ex ipso Abdia suam Naddaver Matthæi habuisse, ut et Bartholomæi Indiam, quem sic alii eo profectum narrant, ut tamen in Asia fuerit martyrio coronatus, de quo Greg. Turon. De gloria martyr., c. 34 : Apud Asiam, inquit, passum, agonis ipsius narrat historia; et ut Sophr. apud Hieron., nosterque Hippolytus, in Armenia. Euseb. I. v, c. 10, refert ipse quidem incerto rumore Bartholomæum unum ex duodecim apostolis prædicasse in India, apud quos Evangelium Matthæi Hebraicis litteris scriptum dicitur reliquisse, et quem Pantænus illic reperit : non tamen quod ibi diem obierit. Contra fidem interpretis Rufinus illud inde Evangelium Pantænum secum detulisse ait : quod Eusebius non dicit, ut etiam Henricus Vales. recte observavit. Aliudque fuerit quod in bibliotheca Cæsariensi a martyre Pamphilo collecta servabatur, quo utebantur Nazaræi, ipseque Hieronymus commodatum accipit : sed non ipsum Matthæi authenticum, ut nec quæ Syriaca unum, et alterum vulgata sunt. Etiam quod cum Barnabæ corpore inventum Evangelium est Zenone imperatore, Matthæi esse ferunt : sicque Baron. an. 485, n. 4, laudatque historiam, auctore Alexandro monacho ; qui tamen ab ipso relat, et, ut exstat apud Lipomanum, nihil Matthæi Evangelii meminit. Ejus verba sunt : *Invenere etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum ; quod deinde Zeno ab Anthimo episcopo sibi mitti petierit, et in palatio suo reposuerit ; ubi, inquit, ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur.* Quod magis indicio est, fuisse Græcum Evangelii exemplar, ex quo sic Græce ex usu ejus Ecclesiæ legi Evangelium possit, quodque Græcus textus magis ex usu Barnabæ esset, qui præcipue Græcis prædicabat, et quia etiam Judæi in dispersione positi fere Græce callebant ; ut una hac lingua apostoli novum omne instrumentum divino instinctu consignandum putaverint. Sy-

λους, ἡ τοῦ ὀνοματος κλήσις ὑπογράφει, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ εὐαγγελιστοῦ συνεπάγεται. Εὐαγγελιστοῦ

παχ xi Junii : Οὗτος λέγεται τεθάφθαι ἅμα τῷ ὄντι αὐτοῦ γραφέντι κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ, τῷ ἐσ-
 ὅστερον εὐρεθέντι μετὰ τοῦ ἀποστολικοῦ σώματος·
 ὅθεν καὶ προνόμιον ἔλαβον οἱ πιστοὶ μὴ ὑποχεῖσθαι
 ὑπὸ τινὰ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ταύτην τὴν νῆσον·
 ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου χειροτονεῖσθαι· *Ferunt
 hunc sepultum cum Marci Evangelio ab ipso con-
 scripto, quod postea repertum est cum apostoli cor-
 pore. Unde et fideles (Cyprii) privilegium nacti sunt,
 ne ea insula subesset ulli aliorum episcoporum, sed a
 suo ipsius episcopo ordinationes reciperet. Non accepit
 privilegium, sed olim concessum, per eam occasionem
 illi ratum habitum et confirmatum Zenonis et synodi
 τῶν ἐκδημούντων Constantinopoli iudicio. Quæ de
 re, deque privilegio insulæ Cypri leg. Theod.
 Balsin. can. 8 synodi Ephes., quo repressus conatus
 Antiocheni patriarchæ, et relictæ Cyprii ordinatio-
 nes liberæ. Porro fungi est quidquid Cedrenus in
 eam rem scribit, excepta sacri pignoris inventione
 sub ceraso arbore, quod Matthæi Evangelium supra
 pectus haberet, Ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου
 Βαρνάβα· ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις
 ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ἀλλ'
 ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν· *Ea occasione Cyprus metro-
 polis facta est, ut jam non amplius sub Antiochia cen-
 seretur, sed soli Constantinopoli subesset.* Nuga hæc.
 Non hoc quærebatur ut servitute servitute muta-
 ret, vel quod non habebat acquireret ; sed ut quod
 erat, αὐτοκέφαλος, suarumque arbitra ordinationum,
 perseveraret, nec vel Antiocheno, vel ulli alii
 subesse deberet ; excepto jure προεδρίας et προ-
 στασίας Romani antistitis, qua Christi vicarius, sum-
 musque omnium pastor est : quo nihil lædit alia-
 rum sedium jura, nec se illarum ordinationibus
 extra diocesium propriam (jure antiquo) immiscet.
 De Evang. Matth. consentit Niceph. I. xvi, c. 37,
 ac, num inde creditum Matthæi Evangelium potius
 quam Marci, quod feria illa quinta majoris hebdo-
 madæ Græci, non ex Marco, sed ex Matthæo legant
 Dominicæ passionis partem : verum nihil vetat quin
 in eo palatii oratorio, in quo repositus ille Barnabæ
 codex, ex Marco legeretur, cum eadem ipsa pene
 Matthæi Marcus habeat, sed paulo breviora. Nice-
 phorus etsi ipse patriarcha, auctor sic nuperus et
 post captum a Latinis, receptamque a Græcis Ur-
 bem scribens, potuit ignorare traditionem suæ Ec-
 clesiæ paulo superiorem. Cedrenus quod ita absurde
 narrat, nullius pene est fidei. Auctor Synaxarii
 quam antiquus, me latet, qui sic Marci Evangelium
 maluerit, utpote consobrini Barnabæ. Nostrum Ti-
 lianum, paulo antiquius, nihil istorum habet, ut
 neque Basilianum Sirleti ; quodque in tabulis Thy-
 nis scriptum ejusmodi Evangelium tradit Alexand.
 monachus, qui cæteris videtur antiquior, ac reli-
 quis auctor hujus traditionis, existimem fuisse po-
 tius Evangelii partem ejusque capita quedam et
 περιχοπὰς, quam integrum codicem, velut forte in
 Cæcilia, quæ sic Evangelium in pectore et sinu ge-
 rebat Beda, *Cujus corpus tempore Zenonis imperato-
 ris, ipso revelante, repertum est, nulla mentione
 ejus libri Evangeliorum. Nec aliter Romanæ tabulæ
 paulo uberiores ante novas Baronianas, per quas
 invecum illud assummentum, una cum codice Evan-
 gelii sancti Matthæi sua manu descripto. Romanum
 quoque Breviar. Pii V : Ad cujus pectus erat Evan-
 gelium Matthæi, Barnabæ manu conscriptum ; no-
 strum Prædicatorum addit, Hebraicum : sic res ere-
 seit eundo, quasi non et Græcum transcribere licue-
 rit, vel nondum esset illud Evangelium Græcè
 redditum Antiquus Rom. etiam hæc nescit. Marianus
 tamen Scotus an. 483 : Corpus Barnabæ apo-
 stoli, et Evangelium Matthæi, Hebræo stylo scriptum
 reperitur, ipso revelante. Sigebertus quoque, Cum**

δὲ μνήμη εὐθυδῶως εἰς ἔννοιαν ἀγει τοῦ Εὐαγγε-
λίου. Τοῦτου δὲ ἡ ὑπόμνησις τῷ ἐν αὐτῷ δοξαζο-
μένῳ συνάγει Χριστῷ. Μνημόνευσον γνησίως τοῦ
εὐαγγελιστοῦ, ἵνα μνημονεύσης ἀληθῶς Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, καὶ ἀναθεωρήσης αὐτοῦ τὴν δόξαν ἐνοσιδῶς τε
καὶ συνεπτυγμένως, τὸ μυστήριον ὅλον τῆς οἰκονο-
μίας διὰ τοῦ σεπτοῦ ὀνόματος νοερῶς μυσταγωγού-
μενος.

Ἄξιον μὲν οὖν καὶ πάντας καλεῖν εὐαγγελιστάς
τοῦ Σωτῆρος τοὺς μαθητάς, ὡς τὴν ὑπερέχουσαν
πάντα νοῦν εἰρήνην Θεοῦ, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελισα-
μένους, καὶ διδασκαίς ἐνθέοις καὶ χριστομιμήτοις
παθήμασι, τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ἐμφθεγξαμένους τῇ
γῆ· οὐχ ἥμισυ δὲ τοὺς τέσσαρας τούτῳ δὴ τῷ ὀνό-
ματι καλεῖσθαι προπεδέστατον, ὡς οὐκ ἀγράφως
μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως εὐαγγελισαμένους Χρι-
στον· οὐδὲ ταῖς κατ' αὐτοὺς γενεαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ
ταῖς ἐπιούσαις ὁμοῦ πάσαις, τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια
παραδόντας διὰ τῆς Γραφῆς. Ὡν πρῶτος ὁ ἱερώτα-

quo etiam Evangelium Matthæi, ipsius manibus Mat-
thæi Hebraice scriptum, quod erat simul reconditum,
invenitur. Quod Evangelium ipse Barnabas secum
semper ferre solebat, et ubicunque inveniebat infirmos,
ponebat illud super eos, et tam fide Barnabæ, quam
merito Matthæi, omnes sanabantur. Quanta hæc, sed
unde hausta, et quantæ fidei? Unde quod non ha-
luit Ecclesia ipsum hoc Matthæi autographum pro
authentico, vel qua nobis jactura sic periit? Scri-
psisse Matthæum Hebraice fere veteres consentiunt:
hoc vero ipsum illius autographum fuisse hominis
ex suo capite confluentis commentum merito vi-
deatur. Scripsit vero ne quæ viva voce ab apostolis,
ipsoque Matthæo, Hebræi acceperant, illis ad gentes
abheuntibus, paulatim exciderent, vel etiam falsis
admistis corrumpere. Videndus Euseb. l. iii, c. 24;
ac num ipsa Nicetæ ratio quam Euseb. insi-
nuat, cum ita scribit: Nempe scripsisse Matthæum,
τοῦ, τὸ λείπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, τοῖς ἀφ' ὧν ἐπέ-
λετο, διὰ τῆς γραφῆς ἀποπληρῶν. Ut quod minus
per præsentiam præstare potuerat, illis a quibus
proficiscebatur, scripto suppleret. Sic nimirum tenui
corpusculo ac debiliori, quo non liceret velut aliis
ac coapostolis fulguris instar Evangelium quaqu-
versus proferre ac prædicare. Potuit et hæc ratio
esse, et quod præsentiam subtracturus erat, quod
ipsum velle Eusebium arbitror, nec satis mihi expli-
catum video verbis illis novi interpretis, quod præ-
sentia suæ adhuc superesse videbatur, scripto, illis
quos relinquebat supplevit. Quæ refert Nicephorus
l. ii, c. 41, Acta sancti Matthæi plane fabulosa, et
Abdianis ipsis longe improbabiliora, a quibus non
abludit Græcorum Synaxarium ad xii Kalendas De-
cembriis, quo die sancti Matthæi solemnia reco-
lunt. Bene tamen est, quod reliqua diei ἀπο-
λουθία et officium, nihil ejusmodi fufurum ha-
bet; sed apostolica duntaxat et evangelista-
rum elogia pie ac graviter strophis odisque
modulata: in quibus Theophanes canonis est auc-
tor. Quomodo et Basilianum Sirleti Monologium,
Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Matthæi.
Sive nulla major erat explicatio rerum Matthæi,
sive Sirletus non putavit sic absurdis reliquorum
elevandam fidem, quæ libro illo continentur. Esse
quandoque Synaxaria novi κόμματος et παρχόμ-
ματος, falsaque et nullius fidei continere, Græcis
recentioribus cusa, indubium est. ejusmodi sunt
illa Triodio adjecta ab ipso Nicephoro, cum vetus
Triodion nulla haberet, ejusmodi vidi Tilianum,
ejusque jacturam deploro, nesciens in ejus manus
venerit, per distractionem et auctionem librorum

Amoria, ad Evangelii recta intelligentiam ducit.
Hujus vero recordatio, Christo conjungit, qui in eo
laudatur. Memor esto sincere et ex animo evange-
listæ, ut Jesu Christi vere recorderis, ejusque glo-
riam uniformiter ac complexe contempleris, qui
dispensationis omne mysterium, per venerandos
nominis apices mente docearis.

Æquum sane ut et omnes Salvatoris discipuli
evangelistæ vocentur; ut qui Dei pacem exsuperan-
tem omnem sensum, fausto gentibus nuntio intu-
lerunt, divinisque doctrinis ac Christi æmulis pas-
sionibus, salutare Dei in terra prædicarunt. Impri-
mis vero convenientissimum est ut eo nomine qua-
tuor appellentur, ut qui nedum prolata nude voce,
sed et scripto Christum annuntiarunt; neque sue
duntaxat ætatis hominibus, sed et futuris deinceps
omnibus Dei mysteria Scriptura teste propalarunt:
quorum primus sacratissimus Matthæus, ad sacram

ejus bibliothecæ. Graviter queritur Radulphus
Tungr. l. De canonum observ. prop. 11 de illis sa-
cerdotibus qui ejusmodi falsas et incertas narra-
tiones studiose invehunt in divina officia, secus ac
statuit Gelasius c. Sancta Romana, quod præcipue
attinet ad passiones apostolorum, in quibus latinis
pleraque spuria, et ex apocryphorum cœnosis la-
cubus hausta: cum præstaret, veterum more, pie
ignorare gesta singula, et primitias Spiritus labo-
resque in eis omnibus majores suspicere, nostro-
que Christiana religione antistites atque parentes
sub Christo ambitiose venerari et colere supra re-
liquos sanctos omnes, uti etiam præstant omnibus,
quam ullam mendacii, quantumvis officiosi, suspi-
cionem, quæsitis illis narratiunculis et fabellis,
nobis sacrisque aspergere. Quod tamen ait idem
Radulphus, Passio apostoli Matthæi hæresim habet
contra declarationem Benedicti XII de visione sa-
ciali; nescio quam Passionem, quæve Acta Mat-
thæi notet; nam quæ nobis exstant, nihil ejusmodi
videntur habere; nec Abdiana, nec alia. Quin Me-
taphrastes, aliis probatiora, Lipomano edita, ejus-
modi sunt, ut ex illis idem Lipomano probaverit
sanctorum animas jam in cœlo beatas esse, ac Deo
frui, cujus contrarium errorem notare voluit Ra-
dulphus, et Benedictus confixit: non illum alterum,
quem Armenorum dicunt, quod ipsa Dei essentia
non sit videnda a beatis, sed duntaxat gloria et
majestas, seu splendor quidam sub Deo et συ-
κατάβασις, non ipsum Dei κρύφιον et ἀκραιφνές.
Qua in re laborant nostri theologi explicandis Græ-
corum quorundam, Chysost., Theodor., etc., in
speciem difficilibus, locis ac dictis.

Placet omnino Nicetæ modestia et sobrietas, qui
missis omnibus apocryphis atque dubiis, vel etiam
fabulosis et commentitiis, quæ de Matthæo male
scriatorum hominum temeritas invexit, una sua
Ecclesiæ ac veterum traditione contentus fuit, ejus
scilicet consummationis ac martyrii Hierapoli Asiæ,
sive (ut alii) Parthiæ, ubi in ea urbe et metropoli,
vicinisque, ac paulo etiam remotioribus regionibus
(si has Æthiopiam Asiaticam volumus) strenue
operam Evangelio posuisset, ac Ecclesias fundas-
set; ne explorato quidem ejus mortis genere aut
supplicii, quod nescio an ulli veterum prodiderint;
exceptis apocryphis, qui sic omnia referunt, ac si
cuncta oculis coram usurpassent: quod sane scri-
ptorum genus Ecclesiæ valde invidiosum, ac pene
hæreticorum fabrica, ut agnoscit papa Gelasius in
cap. Sancta Romana.

Evangelii conscriptionem animum adiecit; primusque Novum nobis Testamentum enarravit. Ac sicut ille olim Moses primam mundi originem, ac deinceps omnium Dei operum magnificentiora scripto consignavit: sic nimirum et iste, Christi Dei ortu recensito, illius exinde miraculorum omnem magnificentiam, divinis scripto prædicationibus tradit. Matthæus scilicet, fidelis ac prudens dispensator Patris, sapiens magnusque Verbi evangelista; Paracleti denique splendidus prædicator ac scriba velox.

κατηξιωμένος, γέγονας αὐτῷ τῶν ὑψηλῶν μυστηρίων
ἀκροατῆς, καὶ τῶν θεοτελῶν ἔργων θεατῆς· γέγονας C
αὐτῷ δούλος, πιστότατος καὶ φρονιμώτατος, διάκονος
ἐνεργίστατος καὶ δραστηκώτατος, μᾶλλον δὲ φίλος
ἀληθέστατος καὶ δοκιμώτατος· καὶ τῇ χάριτι μὲν
τοῦ Πνεύματος, συνέσει τε καὶ σοφίᾳ καὶ ταῖς ἄλ-
λαις ἱεροτελεστίαις καὶ δυνάμεσιν, οὐδενὸς ἀπ-
ελείπου τῶν μαθητῶν· κοινὴ γὰρ καὶ ἡ αὐτῇ τοῖς
δώδεκα πρὸς τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων ἐπέλαμπε φω-
ταγωγία, ἀμέσως αὐτοῖς καὶ κατ' ἰσομοιρίαν τὰς
ἀγαθουργοὺς δωρεὰς ἐπιβραβεύουσα.

Σοὶ δὲ μᾶλλον ὁ ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόθος καὶ
ζῆλος κατὰ τοσοῦτον πεπλεόνακεν, καθόσον καὶ εἰς
ἐπωνυμίαν ἡ ἀρετὴ κατέστη. Ὡς γὰρ τῷ Σίμωνι
μὲν ἡ τοῦ Πέτρου προστέθειται προσηγορία, διὰ τὸ
τῆς πίστεως ἐδραῖον καὶ ἀκλινές· τοῖς υἱοῖς δὲ Ζε-
βεδαίου βροντῆς ἀκοῦσαι διὰ τὸ μεγαλόφωνον υἱοῖς· D
οὕτω καὶ σοὶ ἡ τοῦ Ζηλωτοῦ ἐπωνυμία διὰ τὴν τοῦ
Θείου ζήλου περιουσίαν προσετέθη.

Ἀσπάζομαι σου τὸ θεοειδέστατον πρόσωπον, σε-
βασμιώτατε, καὶ προσκυνῶ, ᾧ εὐμενῶς ἐνέδλεψεν ὁ
Κύριος· ὃ εὔρεν ἀληθῶς χάριν κατέναντι τοῦ προσ-
ώπου τοῦ Θεοῦ. Ἀσπάζομαι νοερῶς καὶ πανευλα-
δῶς τὰ σεπτότατα χεῖλη καὶ τὴν γλῶσσαν· τὰ μὲν,
ὡς αἰεὶ τοῖς θεαρχικοῖς χεῖρσιν ἐφηρμοσμένα τῷ
πνεύματι, καὶ ἀσπασμῶν θειωτέρων κατηξιωμένα,
καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ἀσπάζομένου θεουργικὴν προσε-
ληφῶτα χάριν· τὴν δὲ, ὡς γραφίδα τοῦ Πνεύματος,

oculis objectum erat, vere filium hominis; spiritu
autem et quantum mens penetrabat, Dei Filium
natura, conspiciens, exque duplici operatione, du-
plicem naturam conjiciens, ac fidei quidem præsi-
dio, sublimem hanc contemplationem confirmans,
rursusque contemplationis sagacitate fidem robo-
rans: quadam denique vitali necessitudine animi-
que propensioris benevolentia, ei qui cernebatur,
cohaerescens devinctusque, necnon secretiore nexu
illi iacente unitus, nulla deinceps ratione ab eo dis-
jungebatur; qui neque animo, amante avelli me-
moriam, nec corporali ipso desiderati aspectu desti-
tuit, aut summa vix necessitate, pateretur.

Simul igitur caelesti primum vocatione ac apo-
stolica dignatus electione, sermonumque gratiae
percepto sensu atque operum conspecta virtute,
omni statim mundo moritur, solique Christo vivi-
ficatur. Moritur parentibus, necessariis, amicis,
praediis, pecuniis; omnique (ut verbo dicam) huic
saeculo cunctisque in illo crucifixus: neque id modo,
sed et ipse sibi alienus factus, omnique carnis
ejecto sensu ac prudentia, unius Jesu Christi effi-
citur, una ejus supra quam arcana sacratissimaque
pulchritudine affectus et gratia: cumque solum
eum spirares, solum praemagnifice coleres et lauda-
res atque benediceres, qui fieri poterat, ut non
apud eum, supremas primasque honoris partes as-
sequereris? Quamobrem etiam supremo apostolo-
rum ordine sublimatus, sublimium ei mysteriorum
auditor, divinorumque spectator operum existi-
sti: servus ei fidelissimus ac prudentissimus; ni-
nister gnavissimus agendique acerrimus; quinimo,
verissimus amicus ac probatissimus. Ac qui-
dem Spiritus gratia intelligentiaque ac sapientia,
necnon reliquis consecrationibus et virtutibus,
nulli impar discipulorum fuisti. Communis enim
eademque, Patre luminum auctore, duodeno illi
choro illucebat coruscatio, quae nullo medio aequis-
que partibus benefica eis dona tribueret.

Tibi autem magis, qua Magistrum prosequeris,
amoris vis zeliue ardor in tantum abundavit, ut
et in appellationem virtus cesserit. Quemadmodum
enim Simoni quidem, ob fidei firmitatem ac con-
stantiam, Petri nomen accessit; filiisque Zebedaei,
ob magnificam praedicationem, ut audirent Filii
tonitruui obtigit; sic tibi quoque Zelotae nuncupa-
tio ob divini zeli seu aemulationis abundantiam ad-
venit¹⁶.

Osculor Deo simillimam faciem tuam, colendis-
sime, et adoro, in quam Dominus placide inspexit;
quae vere gratiam invenit in conspectu Dei. Oscu-
lor mente omnique reverentia, veneranda labia,
linguamque: illa quidem, velut semper divinis la-
biis spiritu coaptata divinioraque oscula consecuta;
quibus denique ab eo, cui infixi oscula, deifica
gratia accesserit; hanc vero ceu stylum et penicil-
lum Spiritus, tanquam organum oraculorum Dei;

¹⁶ ΕΙΟΘ. XX, 5; ΙΟΥ. XXIV, 19.

volut Christi laudatricem, ac tanquam reipsa laudabilem atque placitam; per quam ille exaltatus est in gentibus, exaltatus est in terra ¹⁷.

Osculor venerabilissimas tuas manus; complector et speciosissimos pedes: manus, quæ strenue ac industrie Domino servierunt: quæ Evangelii gratiæ ministerio functæ sunt, quibus creditus vitæ Sermo: quem nimirum scrutatæ sunt et contrectaverunt inveneruntque vitæ Sermonem esse ¹⁸: cui conjunctæ ac Spiritu divino coaptatæ atque compactæ, illius manus effici meruerunt: manus utique eximiorum operum effectrices; mirabilium Dei voluntatum consummatrices.

Adoro et pedes, velut currum cherubicum, ut quibus vehatur, qui cœlos implet et terram; qui in universo hoc, extraque universum versatur. **B** Pedes nimirum, qui omnem fere percurrerunt terram: pedes rectos et sursum tendentes; pedes alatos et volucres, quales Cherubim; pedes fulguris instar currentes, incredibilique celeritate circumvenientes terram, ac fideles in benedictionibus prævenientes ¹⁹.

Osculor, etiamque atque etiam colens te quoque totum, totus ex toto mente circumfusos, complector; spirituque velut in speculo obversantem contuens ac memoria collustratus, quasi intelligente intemerataque, ac omnis exsorte materiæ, luce, augustæ vestræ magnificentiæ ac decoris vultu circumfulgeor.

Cæterum videamus, quoad liceat, quanta Zelotes evangelica functione et virtutis laude enituerit. **C** Etenim tanquam reipsa veræ lucis discipulus, divinumque totum lumen nitidissima mente complexus, totusque lucidus et filius lucis ac reipsa lux ipse effectus, post primæ summæque lucis ac originalis in cruce occasum, post illius ab inferis tertio vespere exortum, post ascensum in cœlos (illius scilicet supra quam arcanam latebram) post Paracliti perfectiorem adventum, quando nimirum magnis [primisque Verbi discipulis in cœnaculo considerens, pari cum illis collegio, in linguis ignis specie apparentibus ac sonitu flatus vehementis, Spiritus a Patre descendens, in optimo corde ac regalissimo susceptus est: tunc plane etiam perfectiori repletus sapientia, divinissimorumque signorum ac prodigiorum potestate atque virtute ex alto indutus, Orientem relinquens, ad partes occiduas, duce Spiritu, sol magnus eximique fulgoris Libyæ universæ, Africæque et Mauritanicæ, ac cunctis denique per occiduas oras sedes nactis, exortus es.

Quis igitur vel mente intelligat, vel satis oratione exsequi sufficiat atque exponat, labores, ærumnas, timores, viarum pericula, vigiliæ, curas, dolores, turbas, infidelium Barbarorum grassationes, insidias, plagas, carceres, insultus, coitiones, contradictiones, calumnias, verbera, detractiones et convicia, ejusque omnes Evangelii causa

A ὡς ὄργανον λογίων Θεοῦ, ὡς ἐπαινέτιν Χριστοῦ, καὶ ὡς ἐπαινετὴν τῷ ὄντι καὶ θελητὴν· δι' ἧς ἐκεῖνος ὑψώθη ἐν ἔθνεσιν, ὑψώθη ἐν γῆ.

Φιλῶ σου τὰς τιμιωτάτας χεῖρας· περιπτύσσομαι καὶ τοὺς ὠραιωτάτους πόδας· χεῖρας, τὰς εὐφυῶς καὶ αἰσίως ὑπηρετησαμένας τῷ Κυρίῳ· τὰς τῷ Εὐαγγελίῳ τῆς χάριτος διακονησαμένας· τὰς τὸν τῆς ζωῆς πεπιστευμένας Λόγον· Λόγον, ὃν ἠρεύνησαν, ὃν ἐψηλάφησαν καὶ εὖρον Λόγον ὄντα ζωῆς· ᾧ συμφυόμεναι, καὶ Πνεύματι θείῳ συναρμολογούμεναι, χεῖρες ἐκεῖνου γενέσθαι κατηξίωνται· χεῖρες, ἔργων ὑπερφυῶν αὐτουργοί· θαυμασίων Θεοῦ θελημάτων τελεσιουργοί.

Προσκυνῶ καὶ τοὺς πόδας, ὡς ἄρμα Χερουβικόν· ὡς ὄχουντας ἐφ' ἑαυτοὺς τὸν οὐρανοῦς πληροῦντα καὶ γῆν, τὸν ἐν τῷ παντὶ τῷδε καὶ τοῦ παντός ἔξω καθεστῶτά· πόδας, τοὺς πᾶσαν μικροῦ διαδραμόντας τὴν γῆν, τοὺς ἰθυτενεῖς καὶ ἀνωφόρους, τοὺς πτερωτοὺς καὶ πτηνοὺς, οἳ τῶν Χερουβείμ· τοὺς ἀστραπῆς δίκην θέοντας, καὶ ἀμηχάνῳ ταχύτητι περιοδεύοντας τὴν γῆν, καὶ ἐν σύλλογίαις χρηστότητος προφθάνοντας τοὺς πιστοὺς.

Ἀσπάζομαι, καὶ λίαν τιμῶν περιπτύσσομαι καὶ σὲ ὄλον, ὄλος δι' ὄλου τῆ διανοίᾳ περιφύς· καὶ τῷ πνεύματι κατοπτριζόμενος, καὶ τῆ μνήμῃ περιλαμπόμενος, οἷα νερῷ καὶ ἀχράντῳ καὶ ἀδύῳ φωτὶ, τῷ προσώπῳ τῆς ὑμετέρας περιαιυγάζομαι θεοπρεπείας.

Ἄλλ' ἴδωμεν, ὡς ἐφικτὸν, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον εὐδοκίμησιν τοῦ Ζηλωτοῦ· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς τῷ ἀληθινῷ μαθητεύσας φωτὶ, καὶ τὸ θεαρχικὸν φῶς ὄλον διειδεστάτη δεδεγμένος διανοίᾳ, καὶ φωτοφανῆς ὄλος, καὶ υἱὸς φωτὸς καὶ φῶς αὐτόχρημα γεγονώς, μετὰ τὴν τοῦ ἀρχιφώτου φωτὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δύσιν, μετὰ τὴν ἐξ ἄδου τριέσπερον ἀνατολήν, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοῦς ἀνάβασιν· εἴτ' οὖν ὑπεράρρητον τοῦ αὐτοῦ ἀποκρυφὴν· μετὰ τὴν τελειότεραν τοῦ Παρακλήτου παρουσίαν, ἠνίκα δὴ τοῖς μεγάλοις τοῦ Λόγου καὶ πρώτοις ἐν ὑπερώῳ συγκαθήμενος ὁμιληταῖς, ἐν γλώσσαις πυροειδῶς ὀρωμέναις, καὶ βιαίας ἤχῳ πνοῆς, τὸ Πνεῦμα πατρόθεν κατιδόν, ἀγαθοειδεῖ καρδίᾳ καὶ βασιλικωτάτη καταδέδεται· τότε δὴ καὶ σοφίας τελείας πληρωθεὶς, καὶ θεοπρεπεστάτων σημείων καὶ τεράτων ἐξουσίαν καὶ δύναμιν ἀνωθεν ἐνδύθει, καταλείπει μὲν Ἐφῶν, πρὸς τὰ Ἐσπέρια δὲ, διὰ τοῦ Πνεύματος ὀδηγούμενος, μέγας ἥλιος καὶ ὑπερφαῆς, τῆ τε Λιθύῃ πάσῃ, Ἀφρικῇ τε καὶ Μαυριτανίᾳ, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς τὴν Ἐσπερίαν οἰκεῖν λαχοῦσιν ἐξανέτειλες γῆν.

Τίς οὖν ἐννοηθῆναι νοί, τίς δὲ ἱκανὸς διασκευάσαι λόγῳ τοὺς πόνους, τοὺς κόπους, τοὺς φόβους, τοὺς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ κινδύνους· τὰς ἀγρυπνίας, τὰς φροντίδας, τὰς ὀδύνας, τὰς ἀκαταστασίας, τὰς παρὰ τῶν βαρβάρων ἀπίστων καταδρομάς, τὰς ἐνέδρας, τὰς πληγὰς, τὰς εἰρητὰς, τὰς ἐπαναστάσεις καὶ ἐπισυστάσεις· τὰς ἀντιλογίας καὶ συκοφαντίας· τὰς

¹⁷ Psal. xlv, 11. ¹⁸ I Joan. i, 1. ¹⁹ Ezech. i, 7; Psal. xx, 4.

αἰκίας καὶ λοιδορίας, καὶ αὐτοῦ πάσας τὰς ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου περιόδους · καὶ πάσας τὰς θλίψεις, ἃς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὁ μακαριώτατος πολιορκούμενος ὑπομένων ὑπέμενε τὸν Κύριον, ἕως αὐτῷ προσχῶν, καὶ τῆς δεήσεως εἰσακτικῶς, θύραν πίστεως ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσιν · ἕως οἰκτείας ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ὡσπερ θαλάσσης κλύδωνι, τῇ κατ' αὐτοῦ τῶν ἀσεβῶν ἐπιτετιμηκῶς ἐπαναστάσει, καὶ τὸ φλεγμαῖνον τῆς αὐτῶν διανοίας κατευνάσας, καὶ τὸ δαιμονιώδες ὄρημα πραΰνας, καὶ πρὸς τὸν θεῖον φόβον ἐν σημείοις καὶ τέρασι μεταβαλὼν φοβεροῖς · καὶ οὕτως αὐτοῦ πρὸς συγκατάθεσιν καὶ πίστιν τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου μεταγαθῶν, ἐβρύσατο μὲν τὸν αὐτοῦ κήρυκα τῆς καταγιγῆστος τῶν φονευτῶν · τοὺς δὲ καθάπερ ἐκ πελάγους, τῆς ποικίλης αὐτῶν ἀσεβείας ἐκλυτρούμενος, ὡς ἐπὶ λιμένα σωτήριον, τὸν μέγιστον Σίμωνα προσώρμιζεν · οἱ καὶ τῇ πέτρᾳ τῆς ἀκλινούσ αὐτοῦ πίστεως ἐπερειδόμενοι, καὶ τῷ ὕδατι καθαιρόμενοι καὶ τῷ Πνεύματι φωτιζόμενοι, καὶ τοῖς ἰσροῖς δι' αὐτοῦ μυστηρίοις τελεσιουργούμενοι, εἰς Ἐκκλησίας ἀμώμους τῷ ὑπεραμώμῳ κατηρτίζοντο.

Οὕτως ὁ θεομακαριστότατος Ζηλωτής, τῆς ἀντιτεταγμένης αὐτῷ περιγέγονε δυνάμει · καὶ οὕτω τοὺς ἠχμαλωτισμένους ὑπ' αὐτῆς αἰχμαλωτίζων, ἡμέραν καθ' ἡμέραν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς σωζομένους προσετίθει. Καὶ γὰρ ἦν ὄραν ἀκραιφνή τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὴν ὁμοιότητα · ἦν ὄραν ἀπλοῦν καὶ πολυειδῆ τὸν αὐτόν. Καὶ ὅν τρόπον ὁ ἥλιος εἰς μὲν τὴν φύσιν, τῷ μονοειδεῖ τοῦ φωτός, ποικίλος δὲ δεικνύται ταῖς ἐνεργείαις · οὕτω καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος, ἐνοειδῆς μὲν ἦτοι χριστοειδῆς, τῷ περὶ πάντας ἀγαθοπρατεῖ τῆς συνειδήσεως, ποικίλος δὲ ταῖς προνοίαις καὶ ταῖς περὶ τὰς Ἐκκλησίας φροντίσι καθῶρθετο · καὶ νῦν μὲν σιωπῆν εὐλογον, νῦν δὲ λῆγαν καίριον ἐνδεικνύμενος · νῦν μὲν ἀνθρωποπρεπέστερον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁμιλῶν, καὶ τὰ ὑψηλότερα τοῦ Εὐαγγελίου παρακαλυπτόμενος, νῦν δὲ τὴν ἀληθεῖαν παρῆρσιαζόμενος, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κηρυσσόμενον Ἰησοῦν, Θεὸν εἶναι προαιώνιον, τέλειον, ἀναρχον, ἀτελεύτητον διαμαρτυρούμενος · Θεὸν ἀληθῆ καὶ ζῶντα, ἐξ ἀληθινοῦ καὶ ζῶντος ἀεὶ τοῦ ἰδίου γεννώμενον Πατρός · ἀσώματον ἀσωμάτου · ἅγιον ἁγίου · φῶς ἐκ φωτός, ζῶν ἐκ ζωῆς, ὁμότιμον καὶ ὁμόθεον καὶ ὁμογάθον · δι' οὗ οὐρανός τε καὶ γῆ παρήχθη, καὶ ὁ σύμπας διεκοσμήθη κόσμος.

Τοῦτον νῦν σάρκα γενέσθαι, τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκ παρθενικῆς καὶ ἀγίας νηδύος ὑποδύντα · καὶ σταυρῷ καὶ πάθει καὶ θανάτῳ προσωμιληκότα, ἀπάθειαν ἡμῖν καὶ ζῶν ἀιώνιον διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἀναστάσεως παρασχέιν · ὅν καὶ ἀναληφθῆναι βλεπόντων ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἤξειν ἐμφανῶς αὐθις ἐκείθεν προσδοκῶμεν, εἰς κρίσιν ἅπαν τὸ πλάσμα παραστήσοντα.

Καὶ νῦν μὲν ἐλέγχων τὴν ἀνοίαν, τὴν ἀσέθειαν τῶν μὴ ἐπεγνωκότων τὸν Θεόν, τὸν οἰκεῖον πλά-

A profectioes et itinera : omnes denique molestias ac mala, quæ vir beatissimus adversariorum infestatione quotidie sustinens²⁰, sustinebat Dominum, donec is illi attendens exauditaque illius oratione, fidei januam gentibus aperuit²¹. Donec misertus, eduxit eum de lacu miseræ, ac velut maris procella, impiorum in eum insultu increpato, eorumque animi tumore sedato, ac dæmoniaco impetu delinito, iisque in divinum timorem signorum tremendorumque portentorum vi immutatis, atque in eum modum ad assensum fideique veritatis Evangelii traductis, tum præconem suum ex homicidarum procella eruit, tum velut e pelago, ex varia ac multiplici eorum impietate redemptos, quasi in sospitale littus, ad maximum Simonem appellebat. Ique adeo, immotæ illius fidei petræ nixi, et aqua emundati ac Spiritu illustrati, sacrisque per eum initiati ac consecrati mysteriis, in Ecclesias immaculatas, ei perficiebantur qui omnem a macula puritatem excedit.

Sic Deo beatissimus Zelotes, quæ conserta acie adversus illum stabat, virtutem superavit ; sicque illos captivans, quos ea addixerat, salutem deditos quotidie Ecclesiæ adjungebat. Verum namque Dei simulacrum in eo elucebat. Vidisses simplicem eum, et multiformem ; ac sicut sol cum unus natura sit, unius generis luce, effectis tamen ac virtutibus variis ostenditur : sic et magnus apostolus, uniformis cum esset (Christo scilicet affinis atque similibus), conscientiæ erga omnes bonitate ; curis nihilominus Ecclesiarumque sollicitudine variis cernebatur. Ac modo quidem, congruum justa ratione silentium ; modo autem, opportunum sermonem exhibebat : nunc ex humana ratione humiliter adeuntibus loquebatur, ac Evangelii sublimiora obtegebat ; nunc veritatem palam loquebatur, ac quem prædicabat Jesum, Deum esse prææternum, perfectum, principii finisque expertum, contestabatur : Deum verum ac vivum, ex vero ac vivo semper nascentem Patre ; incorporeum ex incorporeo ; sanctum ex sancto ; lumen ex lumine, vitam ex vita ; pari honore et deitate et bonitate ; per quem cælum et terra producta, omnisque eorum ornatus et distinctio edita.

Hunc modo carnem factum esse, nostra pro nobis indutum vilitate, ex virginali sanctoque utero ; cruceque et passionibus ac morte perfunctum, immortalis nobis nullisque obnoxiam passionibus atque æternam vitam, tridua ex mortuis resurrectione præbere : quem et nobis videntibus in cælum receptum, inde rursus conspicua specie venturum exspectamus, qui pro tribunali sibi sistat omne humanum genus.

Ac modo quidem, eorum qui Deum conditorem suum mundique hujus universitatis opificem non

²⁰ Psal. LXXIX, 2 ²¹ Luc. VIII, 54.

agnovissent, demerentiam impietatemque arguens, modo obsecrans, atque admonens; argumentisque ex natura petitis, improbos ingratosque ad benefactorem ducens; turpe esse dicens, et a ratione prorsus alienum, ne paribus quidem cum brutis animantibus modis, eum nosse qui muneribus demereatur; qui et primum condiderit, nosque rursus proprio sanguine vindicavit: nunc quidem ad synagogas et tribunalia iudicesque nequissimos rapitur, palamque Evangelium loquitur: atque ab aliis quidem subsannatur et illuditur; ab aliis autem laudatur et admirationi habetur; nunc dorsum verberibus creditur, fustibus contunditur, ergastulis clauditur; quandoque etiam catenis exsultat et gloriatur: ac modo quidem potiori Christi apparitione auxilioque potitur, mirisque modis a malis liberatur; modo nova prorsusque inaudita spiritu patrat miracula, mortuosque suscitavit et claudos roborat, solutaque membra, Jesu invocato nomine, sana præstat: tumque cæcis visum, surdis auditum, mutisque eloquium imperat.

Mitto dicere quanta in fluminibus ac paludibus sua illi virtute designata portenta, dum illorum

(51) Κατὰ ποταμῶν καὶ ἐλῶν. Videatur Nicetas habuisse plena quædam Simonis Acta, quibus isthæc omnia perscripta exstarent, quæ hic transitione subnotat, sed non satis declarat: gratiamque maximam iniisset illa producendo, si modo ejus generis erant, quibus certa fides adhiberi posset: Menæa etiam ipsa miraculorum meminerunt una aut altera strophe, nihil tamen explicatus tradendo, sed quod communi ratione cadere in apostolos possit, quos liquet miraculorum dono magnifice a Christo donatos esse. Nicetas autem peculiariora quædam indicat, aversa alio flumina, ac paludes arefactas, quæ nulla nobis prodere videntur monumenta: etsi affinia quædam habeat Gregorii Neocæsariensis vita. Metaphrastes nihil nobis de alterutro apostolo protulit, nec Lipomanus ex illo representare, aliquid potuit. Itinera, longasque peregrinationes Evangelii causa, atque illis animarum salutem, aspirante Dei gratia, inidem merito Græci celebrant, ex quibus unum aut alterum similem modulum seu versiculum ad Vesperas, ex nostro Tiliano cod. exque editis, libet his ascribere.

Σίμων θαυμάσιος, τῶν ἀποστόλων τῆ καύχημα, ὡς βολίς ἐξαστράπτουσα διήλθε τὰ πέρατα ἐκλιώκων ζόφον τῆς πολυθείας, σωτηριώδεσιν αὐτοῦ καὶ φωτοδόλοις θεοῖς διδάγμασι, καὶ πάντας κατεψώτισε μίαν δοξάζειν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἀδιάρητον, ἀτμητον.

Σίμων ὁ θαυμάσιος διαδραμῶν εἰς τὰ πέρατα ὡς τροχὸς κυλιόμενος, πᾶσαν γῆν κατέφλεξεν εἰδωλομανοῦσαν, καὶ τῆ εὐσεβείᾳ πυρσεύσας, τηλαυγεῖς πυροὺς ἀντίψα πιστοῖς πανένθεα· πάντας γὰρ κατεψώτισε, κ. τ. ἔ.

Σίμων ὁ θαυμάσιος ὁ παμφαθῆς καὶ ὑπέρτιμος τῶν ἐθνῶν ὁ διδάσκαλος, σαγήνη ἡ ἐνθεός ἐκ τῆς ἀπειθείας τοῦ βύβου ζωγρούσα, θεολογίας ὑψηλῆς ὁ ἀληθέστατος κήρυξ, ἅπαντας Χριστοῦ πρὸς τὴν ἐπιγῶστον, νῦν δεξιῶς εἰσιτάτο, τὰ αὐτοῦ κατορθώματα προτιθεὶς πανδαισίῳν τερπνόν.

Simon admirabilis, apostolorum gloria, tanquam bolis (id est jaculum) effulgurans, orbis fines pervasit, impietatis caliginem effugans salutaribus lucisque vigoribus micantibus doctrinis suis; cunctosque illuminavit, ut unam Deitatem in tribus personis indivisam, indissectam laudent ac sentiant.

Α στην καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός· νῦν δὲ παρακαλῶν, νοουθετῶν· φυσικοῖς ἐνθυμήμασιν πρὸς τὸν εὐεργέτην τοὺς ἀγνώμονας ἰδηγῶν· αἰσχρὸν εἶναι λέγων καὶ ἱκανῶς ἄλογον, μηδ' ἴσα τοῖς ἀλόγοις κτήνεσι τὸν εὐεργέτην εἰδέναι· τὸν καὶ κτίσαντα τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐθὶς ἡμᾶς τοῦ ἰδίου αἵματος κατακτησάμενον· ἄρτι μὲν ἐπὶ συναγωγᾷ ἀρπάζεται καὶ δικαστήρια καὶ πονηροτάτους κριτὰς, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ παρρησιάζεται· καὶ ὑπὸ μὲν τῶν μυκτηρίζεται καὶ χλευάζεται· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπαινείται καὶ θαυμάζεται· ἄρτι δὲ τὸν νῶτον αἰκίζεται, καὶ ξύλοις συγκόπτεται, καὶ εἰρκταῖς συγκλείεται, καὶ ἀλύσειν ἔστιν ὅτε καλλωπίζεται καὶ σεμνύνεται. Καὶ ποτὲ μὲν ἐπιφανείας Χριστοῦ κρείττονος καὶ ἀντιλήψεως, καὶ θαυμασίας τῶν λυπούντων ἀπαλλαγῆς καταξιούται· ποτὲ δὲ θαυματουργεῖ τῷ πνεύματι τὰ παραδοξότατα, καὶ νεκροὺς ἀνίστησι, καὶ χολοὺς ἀναρρώνουσι, καὶ παραλελυμένους τῆ ἐπιπλήσει στερβόποιεῖ τοῦ Ἰησοῦ· ἤδη δὲ καὶ τυφλοῖς ὄραν, καὶ κωφοῖς ἀκούειν, καὶ ἀφώνοις ἐπιτρέπει λαλεῖν.

Ἐὼ λέγειν ὅσας κατὰ ποταμῶν καὶ ἐλῶν (51) τῆ αὐτῆ δυνάμει παρέδειξεν καινοτομίας· τοὺς μὲν τῆς

Simon admirabilis, in orbis discurrens fines velut rota volvens, terram omnem simulacrorum cultu insanientem incendit, sublataque pietati face, procul micantes fidelibus ignes divina prorsus opera accendit. Cunctos namque illuminavit, etc.

Simon admirabilis, splendidissimus præque venerabilis gentium doctor, divinum everriculum, e perditionis profundo cunctos ad Christi capiens fidem, sublimis theologiæ veracissimus præco, laute nunc epulis excepit; qui virtutes suas, resque magnificas læto convivio apponat.

Edita paulo vitiosiora. Synaxarium nostrum levi sublato mendo, quod initio suffixi, ipsum grave, nonnullisque ab editis diversum, quod præcipue attinet ad commentum illud de sponso nuptiarum in Cana, qui esset ipse Nathanael, sicque Dominum secutus sit: quod proinde nuperæ admodum fidei sit ac leve. Sic ergo habet. Ἀθλητὴς τοῦ ἀγίου ἀποστόλου Σίμωνος τοῦ Ζηλωτοῦ. Οὗτος ὁ ἀπόστολος εἰς τῶν ἑλῶν (τῶν ἰβ') καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ ὑπερφῶ συνῶν, ὅτε πυρίνων εἶδει γλωσσῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπεφόιτησεν, καὶ τούτου πλησθεὶς, καὶ τὴν γῆν σχεδὸν ἅπασαν διαδραμῶν, πᾶσαν κατέφλεξε τῆς πολυθείας ἀπάτην. Μαυριτανίαν γὰρ καὶ τὴν Ἀφρῶν χώραν διαδραμῶν, ὕστερον ἐν Βριταννίᾳ γενόμενος, καὶ πολλοὺς διδάξας καὶ φωτίσας, σταυρῷ ὑπὸ τῶν ἀπίστων προσπήγνυται, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖ θάπτεται. Οὗτός ἐστι Σίμων ὁ Ναθαναήλ, ὃς ζήλω διάπυρος ζηλῶν θεῷ παντοκράτορι, κλήσιν τὴν τρόπον ἐκτήσατο. Certamen sancti Simonis Zelotis apostoli. Hic apostolus cum esset unus ex duodecim et cum apostolis in cenaculo versaretur quando ignearum linguarum specie Spiritus advenit, illoque plenus, ac omni fere peragrato terrarum orbe, impietatis deorumque superstitionis errorem succendit. Mauritania enim et Africa peragratis, cum postea in Britanniam venisset, multosque docuisset ac illuminasset, ab infidelibus crucifigitur, ejusque corpus ibi sepelitur. Hic Simon Nathanael est, qui nempe zelo accensus, Deo omnipotenti zelans, mores ipsos atque indolem, appellationem nactus est. Basilianum Sirleti Menologium, nec ipsum penitus a Cana purum, etsi nuptiarum aut sponsi non meminit. Eodem die sancti apostoli Nathanaelis, qui fuit Simon Zelotes. Hic fuit ex Cana Galilææ, ubi Christus Dominus invitatus ad nuptias aquam in vinum convertit.

βλεθροφόρου ἀνακόπτων φορᾶς, καὶ τοῖς καθήκουσι A
 χώροις ἐπιέναι τῆς διαβάσεως ἐν ὀνόματι παραγγέλ-
 λων Χριστοῦ· τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ὀνόματι ξηραίνων, ὡς
 τὰ πρὶν ἄβρατα βάσιμα τοῖς προσοίκοις καθεστάναι·
 ἐὼ ταῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τῶν στοιχείων ὁ θαυ-
 μασιώτατος ἐπιδεικνύμενος· καὶ ὅσα πρὸς εὐεργε-
 σίαν τῶν ἀνθρώπων τερατουργῶν, καὶ τούτοις χώ-
 ρας ὅλας καὶ πόλεις πρὸς τὴν ὑπερφᾶ τοῦ Ἰησοῦ
 διδασχὴν ἐξίστων, τῇ πίστει κατασφραγίζει, καὶ τῆς
 κακῆς συνηθείας καὶ πλάνης καὶ δεισιδαιμονίας ἀρι-
 στῶν, διὰ τοῦ Χριστοῦ προσοικειῶ τῷ Θεῷ· καὶ νῦν
 μὲν τοῖς προκατηχημένοις τὸν λόγον, νῦν δὲ τοῖς ἀν-
 ηκόοις ἐπιδημεῖ· πάλιν ἠπειροῦ μακρᾶς, πάλιν μα-
 κροτέραν κατατολμᾶ πελαγῶν· αὐθις ἀγωνιᾶ, σφα-
 δάζει καὶ τρύχεται, ἔθνεσι δεινοτάτοις καὶ σκληροτά-
 τοις περιτυχῶν· αὐθις δὲ χαίρει καὶ ἀγαλλιᾶται καὶ B
 ἡδεται, εἰς γαλήνην τὴν χειμῶνα μεταβεβλημένον
 ὄρων, καὶ τὴν ἀγριότητα καὶ ἀπιστίαν εἰς ἡμερό-
 τητά τε καὶ πίστιν μεταποιουμένην.

Ἔστι μὲν ὅτε καθ' ἓνα φωτίζει τοὺς παρατυγχά-
 νοντας· ἔστι δ' ὅτε καὶ πλείοσι κατὰ ταῦτ' ἀνδρά-
 σι καὶ γυναῖξι, πλοοσίοις καὶ πένησιν, ἀρχουσί τε
 καὶ ἰδιώταις νομοθετῶν, κοινὸς πάντων διδάσκαλος,
 ποιμὴν τε καὶ σωτὴρ ἀγαθός, κατὰ τὴν ὁμοιότητα
 δείκνυται Χριστοῦ. Τοιοῦτος ὁ τοῦ ἀποστόλου βίος
 καὶ τρόπος· καὶ ταύτην εἶναι βραχεῖαν ὑπόμνησιν
 τῶν πολυχρονίων αὐτοῦ πόνων καὶ κικροτάτων περι-
 ὄδων

Ἐντεῦθεν πολλὴν μὲν ἠπειρον, πολλὴν δὲ παρ-
 ᾶλιον, καὶ νήσους δὲ οὐκ ὀλίγας τῷ κηρύγματι περι-
 λαβῶν· Ἐκκλησίας τε πλείστας, ἱερέας τε καὶ ἀρ-
 χιερέας ἀφιερωσάμενος Κυρίῳ· καὶ ἤδη τὸ ἔργον
 τῆς ἱερουργίας τοῦ λόγου περαινόμενος, καὶ αὐτῶν
 ἤδη τῶν στεφάνων πλησίον γινόμενος· διαπλεῖ μὲν
 τὸν ἑσπέριον Ὀκεανόν, πρὸς ταῖς Βρετανικαῖς δὲ
 καλουμέναις καταίρει νήσοις· ἃς τῆς ὅλης οἰκου-
 μένης τέλος φασίν· μηδὲ γὰρ ἐπέκεινα γῆν εἶναι,
 μήτ' οὖν τὸ πέλαγος μετ' αὐτάς περατόν.

Ἐκεῖ Σίμων ὁ τρισμακαριώτατος γενόμενος,
 καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας εὐαγγελισάμενος· καὶ
 πολλοὺς μὲν πιστεύσαντας τῷ λόγῳ τῆς χάριτος
 σφραγισάμενος, πλείστας δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀντιλε-
 γόντων τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβουλάς ὑποσχῶν· τέλος ὑπὸ D
 τῶν τῆς ἀσεβείας συναρπασθεῖς ὑπασπιστων, προση-
 λούται σταυρῷ· τέλος ἀξιὸν τῆς ἐπιθυμίας, καὶ τῶν
 ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου πόνων, τὸν ὑπὲρ ἐκείνου
 δεξάμενος σταυρόν· καὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ πάθους
 δοξάζων αὐτὸν καὶ δοξαζόμενος ἐν αὐτῷ.

Τοίνυν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ καθάπερ ἄλλος ἐσταυρω-
 μένος Ἰησοῦς, μετὰ τὰς μακρὰς πρὸς τοὺς παρόν-
 τας τῶν ὄχλων ὁμιλίας, μετὰ τὰς συντεταμένους πρὸς
 Κύριον προσευχάς, τὰς ὑπὲρ τῶν πιστῶν, τὰς ὑπὲρ
 τῶν ἀπίστων· τῶν μὲν, ὅπως ἐμμένοιεν ἀπαρκενή-
 τοι τῇ ἀληθείᾳ, τῶν δὲ, ὅπως ἐπιστραφεῖεν πρὸς τὸν
 Θεὸν τὴν ἰσχυρόν, τὸν ζῶντα, καὶ πιστεύσαντες σω-

quidem exitiosum inhibet impetum, jubetque in
 Christi nomine iis locis defluere, quibus oppido
 commodum esset; has vero eodem invocato no-
 mine exsiccet, ac quæ prius impervia erant, loca,
 incolis præstat pervia. Mitto hæc, ac quæcunque
 alia vir admirandus adversus elementa designans,
 quæcunque etiam in hominum gratiam illisque de-
 merendis prodigia patrans, atque his provincias
 integras urbesque diviniore Jesu doctrinæ stupore
 suspendens, fide consignat, atque a mala avocatos
 consuetudine, erroreque ac superstitione, per Chri-
 stum Deo conciliat: ac nunc quidem ad eos se con-
 fert, qui jam doctrinæ auditum acceperant, nunc
 autem ad eos qui ejus nihil audierant. Rursus lon-
 ga continentis, longiora æquoris atque pelagi per-
 tentata spatia. Rursus animi anxius mœstusque et
 moræ impatiens est et discruciat, in ferissimas
 gentes ac durissimas incidens; rursusque gaudet
 et exultat ac jucundatur mutatam tempestatem in
 tranquillum videns; ferinosque et incredulos mo-
 res in lenitatem conversos et fidem.

Quandoque singulos qui adirent illuminabat,
 quandoque vero etiam pluribus simul viris ac mu-
 lieribus, divitibus ac pauperibus, magistratibus et
 privatis documenta tradens, universis communis
 magister, Pastorque ac servator bonus, Christi
 exemplo epitebat. Talis apostoli vita moresque:
 hicque brevis commentarius eorum laborum, quos
 longos annos desudavit, molestissimorumque illius
 itinerum.

Hinc multam continentem et maritima, insulas-
 que non paucas prædicatione complexus pluribus-
 que Ecclesiis et sacerdotibus ac episcopis Domino
 consecratis; jamque sacræ verbi functioni colopho-
 nem imponens, ac ipsas e propinquo coronas salu-
 tans, occiduum Oceanum navigat, atque ad insulas,
 quas Britannicas vocat. Has vero, universi orbis
 terrarum oras extremas esse ferunt; neque quod
 deinceps est, pelagus posse superari.

Illuc Simon beatissimus cum venisset, ac verita-
 tis sermonem annuntiasset, multosque verbo gra-
 tiæ credentes consignasset: sed et ab iis, qui ve-
 ritati contradicerent, multis appetitus insidiis esset,
 ad extremum corripientibus impietatis patronis,
 cruci affigitur; dignum scilicet cupiditatis finem,
 ac laborum crucifixi causa susceptorum, illius gra-
 tia reportans repositam crucem; passionisque si-
 militudine tum ipsum clarificans, tum in ipso cla-
 ritate nactus et gloriam.

Igitur in crucem velut alter Jesus sublatus, post
 longa ad astantes turbas colloquia; post contentas
 ad Deum preces, in fidelium gratiam, et infidelium;
 priorum, ut immoti in veritate perseverarent;
 aliorum, ut ad Deum sortem vivum converteren-
 tur, ac fide salutem consequerentur²². Post hæc,
 inquam, a mundo quidem et a corpore penitus ex-

²² Psal. xli, 5.

cadens, in se vero totus conversus, seque medio, in eum, in quem per fidem semper commigrabat; corpus quidem velut quasdam faeces ponit, qui carnis pridem indumento emortuus esset; velut autem levi penna ac caelipeta spiritu in caelos sublatus, videt sibi caelestes apertas januas; videt et clare Filium sedentem a dextris paternae majestatis: ipseque cunctis illis mentium sanctorumque stipatus agminibus, mystice ac qua nemo verbis explicet ratione, ad supremum omnium regem adit cum exultatione; ipsumque facie ad faciem natus, ac illi eximie laudis cantico defunctus, Jesuque dextera, corona gloriae donatus: nullis denique verbis explicabili apparatu atque honore susceptus, supremis primisque coaptatur atque unitur Dei filiis.

Hoc tibi, divine Verbi ac eloquentissime discipule, hoc longorum laborum, quos magistri causa Jesu daveras, dignum praemium; ut videlicet illi ipsi copulareris, ac sicut eum clarificaveras super terram, sic cum eo in caelis clarificareris: ac sicut excellenti quadam ratione passionum socius extiteras, sic ejusdem cum eo regni particeps efficereris.

Salve sis igitur, Deo beatissime summeque venerabilis Simon, obedientiae nomen (hoc enim ejus significatum) digne Deo laudanda res digne amabilis, atque angelis quidem aemulanda, tremenda vero daemionibus; ac fidelibus quidem venerabilis et amabilis, infidelibus vero molesta et aversabilis.

Salve sis, Christi aemulator ferventissime ac gnativissime, tanto Phines illo, Eliaque et Elisaeo; ac prophetis eo nomine laudem habentibus, divino zelo superior, quanto Christi schola ejusque discipuli partibus, majorem Dei notitiam majoremque fidei fervorem adeptus, majoris quoque fervoris sinceritatem studiumque boni praestandi gratia contulisti.

Gaude, quod tua ipsius opera honestata, quam in terra nactus fueras, patria; illamque penitus supergressus, rationes tuas, velut caelestis filius in caelum transtuleris, Sionemque Dei Metropoli vera cognita patria, Sionites potius, quam Canites appellari merueris: qui nimirum sicut patrem patre, hereditatemque hereditate, atque fratres fratribus, sic et patriam patria, mortaliaque et fluxa, iis quae stabilia sunt ac incorrupta, sapienti consilio commutaveris²².

Salve sis, Patris quidem minister; dispensator vero mysteriorum Filii, ac Spiritus famule: sive, Patris quidem praeco ac minister; Filii vero, testis et apostole; Spiritus denique discipule ac scriba;

²² Joan. II, 1; Jos. xix, 28.

(51) ὡς ἀκούει.

Α θῶσιν· μετὰ ταῦτα γοῦν, τοῦ κόσμου μὲν τέλεον καὶ τοῦ σώματος ἐξιστάμενος, πρὸς ἑαυτὸν δὲ συννενοκῶς ὄλος, καὶ δι' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν, ἐν ᾧ διὰ πίστεως ἦν ἀεὶ μεθιστάμενος, ἀποδιῦλλίζεται μὲν καθάπερ τοῦ σώματος, πάλαι τὸ σάρκινον φόρημα νεκρομένου· οἷα δὲ πτερῶν κούφῳ καὶ οὐρανοπόρῳ τῷ πνεύματι διαιρούμενος εἰς οὐρανοὺς, ὁρᾷ μὲν τὰς οὐρανίας ἀναπεπταμένας αὐτῷ πύλας· ὁρᾷ δὲ καθαρῶς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ δεξιῶν τῆς Πατρῶας μεγαλωσύνης ἰδρυσμένον· καὶ αὐτὸς ὑπὸ πάσης νοερᾶς καὶ ἀγίας δορυφορούμενος; ταξιαρχίας, πρόσκειται μυστικῶς καὶ ἀρρήτως τῷ τῆς δόξης ἐν ἀγαλλιάσει Παμβασιλεῖ· καὶ αὐτῷ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἐντετυχηκῶς καὶ ὑπερφῶς αὐτὸν ὑμνηκῶς· καὶ τῷ στεφάνῳ τῆς δικαιοσύνης παρὰ τῆς δεξιᾶς ἐστεφανωμένος τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἀρρήτου δεξιώσεως καὶ τιμῆς καταξιωθεὶς, τοῖς ἀνωτάτω καὶ πρώτοις τοῦ Θεοῦ συναρμόζεται καὶ συνενοῦται παισίν.

Τοῦτό σοι, θεσπέσιε τοῦ Λόγου καὶ λογιώτατε μαθητά· τοῦτο τῶν μακρῶν ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου πόνων τὸ γέρας ἀντάξιον, αὐτῷ ἐκείνῳ συναφθῆναι· καὶ ὡς περ ἐδόξασας αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἐν οὐρανοῖς αὐτῷ συνδοξασθῆναι· καὶ ὡς περ τῶν παθημάτων ὑπερβαλλόντως ἐκοινωνήσας, οὕτω καὶ τῆς αὐτῷ βασιλείας συμμετασχεῖν.

Χαῖρε τοίνυν, ὦ θεομακαριστότατε καὶ τιμιώτατε Σίμων, τὸ τῆς ὑπακοῆς ὄνομα· τοῦτο γὰρ ἡ σημασία· τὸ ἀξιεπαίνετον Θεῷ πρᾶγμα καὶ ἀξιοπόθητον· καὶ ἀγγέλοις μὲν ζηλωτὸν, δαίμοσι δὲ φρικτὸν· καὶ πιστοῖς μὲν αἰδέσιμον καὶ ἐράσιμον, ἀπίστοις δὲ βαρὺ τε καὶ ἀποτρόπαιον.

Χαῖρε, Χριστοῦ ζηλωτὰ θερμότατε καὶ δραστήριε· τοσοῦτῳ τῷ θεῷ ζήλῳ τὸν Φινεὲς ἐκείνων, τὸν Ἰλλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτῳ μακαριζομένους ὑπερβάλλων τῶν προφητῶν, ὅσῳ τῷ μαθητεῦσαι Χριστῷ πλείονος θεογνωσίας καὶ θερμότηρας τῆς πίστεως εὐμοιρηκῶς, θερμότεραν καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ προθυμίαν κατενήνοχας καὶ σπουδῆν.

Χαῖρε, εἰτι δι' ἑαυτοῦ σεμνύνας τὴν πατρίδα τὴν ἐπὶ γῆς, τῆς μὲν τέλεον ὑπερανέστης, τὸν οὐρανὸν δὲ, ὡς οὐράνιος ᾤκησας παῖς· καὶ Σιών, Θεοῦ τὴν μητρόπολιν, πατρίδα ἀληθῆ ἐγνωκῶς, Σιώνίτης μᾶλλον ἢ Κανανίτης ἀξίως προσηγόρευσαι· ὡς περ πατέρα μὲν πατρός, κληρὸν δὲ κλήρου, ἀδελφοὺς δὲ ἀδελφῶν, οὕτω καὶ πατρίδα τῆς πατρίδος, τὰ ἐπίκτρα καὶ λυόμενα τῶν ἐσώτων καὶ ἀκηράτων ἐχεφρόνως ἀμειψάμενος.

Χαῖρε, τοῦ Πατρὸς μὲν ὑπηρέτα, οἰκονόμη δὲ μυστηρίων τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος λειτουργέ· ἢ, τοῦ μὲν κήρυξ καὶ διάκονε· τοῦ δὲ μάρτυς καὶ ἀπόστολε· τοῦ δὲ μύστα καὶ γραμματεῦ· τῆς μισθῆς;

θεότητος ὁμοσταΐ τῶν τριῶν ὑποστάσεων μυστολέκτα καὶ θεωρητά.

Χαίρε καὶ κατατέρπου, ὅτι συμμασιλεύσεις εἰς αἰῶνας Χριστῷ, καὶ ἐπὶ θρόνου δόξης σὺν αὐτῷ καθίῃ, τιμῆς ἀφάρτου πληρούμενος καὶ λαμπρότητος· ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἡμῶν βραχύτητος ἐπιλέλῃσο· μέμνησο δὲ τῆς ὀλίγης ταύτης, ᾧ τρισμακαριώτατε, προσλαλῆς, καὶ ὡς τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ μιμητής, πλουσίᾳ χειρὶ τῆς προθέσεως ἀντάμειψαι· καὶ τῇ εὐθείᾳ τοῦ Ὑψίστου συμβίβασον ἕδῳ· καὶ ταῖς ἱκετηρίαις σου, κατεύθυνον ἐν αὐτῇ, καὶ ταῖς ἐπισκιάσεσι κατάρτισαι κατ' αὐτήν, καὶ τελείοις Θεοῦ θελήμασι, καὶ ἀγαθοῖς ἐνευδοκιμηκότασι πρόσδεξι ἡμᾶς ἐπὶ τέλους, θαυμάσιε Ζηλωτά! εἰς τὰς μακαρίας τοῦ Πατρὸς ἐν ἀγαλλιάσει μονᾶς· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ παντεῶν ἁποστόλων Ἰουδᾶν τὸν Θαδδαῖον (52).

Ὁ μὲν μακάριος Ἰακώβ ἐκεῖνος ὁ καὶ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τέλει ποτὲ τοῦ βίου γενόμενος, καὶ τοὺς υἱοὺς

(52) Quem *Judam Jacobi*, Lucas vocat vi, 15, et Act. i, 13, liquet Matthæum x, 3, et Marcum iii, 18, *Thaddæum* dicere, sicque utroque loco habet Vulg. Qui tamen exstat Græcus Matthæi textus, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, *Et Lebbæus, qui appellatus est Thaddæus*. Nec aliter reliqui interpretes, Syriac., Arab., Persic., Æthiop., legisseque Hieronymum declarat, quod in *Nom. Hebræis* apud Matth. meminit. *Lebbæi, corculum* interpretans; quæ et clara derivatio est. Eo nomine vocatus Romæ P. Nasicæ. Plinius *Corculos* nominatos refert, qui sapientia præstarent. Unde vero tanta hæc nominum varietas, sicque Lucas *Judam* maluerit, Matthæus *Lebbæum*, cognomento *Thaddæum*: Marcus solum *Thaddæum*, haud facile reddi ratio possit. Quod enim Hugo Grotius affert de concursu litterarum τοῦ τετραγραμμάτου, quem quidam Judæi vitarent, esseque idem nomen, quod sic Lucas vetuste extulerit, procul a vero abhorrere videtur. Quanta enim horum nominum affinitas, ut idem nomen censi possint; vel quæ invidia nominis Juda, sicut tritum in Scriptura, ut religio esset ullis Judæis, reverentia τοῦ τετραγραμμάτου illud pronuntiare? At Judas ipse proditor Judæ nomen sic sanctum, universim sædare non potuit, etsi forte aliqui, ne vel proditoris meminisse viderentur, sic *Lebbæum Thaddæum*que vocitarent, quod Matthæus Marcusque secuti sint. Lucas vero Judæ nomen expressit, adjuncto, ὁ τοῦ Ἰακώβου, ut ejus nobis prosapiam aperiret: ac bene Vulg. *Judas Jacobi*; videnturque mihi limites probi interpretis excessisse, Syriac., Persic., Arab. qui *Judam Jacobi filium* reddiderunt (etsi illa vox atque additum, Hebræorum ritu ita accipi solet) quod præcipue Judas ipse se Jacobi fratrem dicat initio suæ epistolæ, hincque in Evangeliiis sub Judæ nomine clarus sit, quod inter fratres Domini numeretur, inter quos Jacobus quasi major, ac defuncto patre quasi paterfamilias, toti nomen familiæ daret. Unde et plurium veterum sententia est, quam Mariam Jacobi vocant reliqui evangelistæ, ipsam esse quam Joannes Mariam matrem Jesu nuncupat, cui sententiæ novissime accedit Vossius non tam veterum auctoritate, quos nullos refert, cum licuisset Hesychem et alios, quam quod ita sibi colligere videatur ex Evangelio; et quod defuncto Josepho, ejus omnes liberi in

A unius deitatis laudator; trium personarum sacer vates ac spectator.

Salve sis et lætare, quod Christo in æternum contregnabis, ac cum eo in sede majestatis sedebis, immenso plenus honore et claritate. At, ne nostræ quidem exilitatis obliviscaris; sed memineris, vir beatissime, exiguæ hujus allocutionis; velutque Dei supra quam boni imitator, locupletæ manu hujuscæ vices propositi redde, rectæque Altissimi viæ admovens, in ea supplicationibus tuis dirige, exque ejus rationibus obumbrando perfice; perfectisque ac bonis Dei voluntatibus præclare functos, in beatas tandem nos Patris mansiones, admirando Zelotali in exultatione recipe: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XIII.

Laudatio sancti et celebratissimi Judæ Thaddæi apostoli.

Beatus ille Jacob, qui et Israel, cum in extremis quandoque constitutus filiis bene precaretur; quin-

una familia, sub ejus quasi tutela essent, præstante sic reliquis Jacobo, quidquid Abdias omnium minimum dicat, quem unum Joseph ex altera uxore sustulerit: quanquam non desunt etiam ex Græcis, qui hanc sententiam de Matre Jesu, ipsa dicta Maria Jacobi, serio impugnent, in quibus mihi productus Georgius Nicomed. *Orat. de assiduitate sanctæ Mariæ ad sepulcrum*. Ut ut sit, vocatum Judæ patrem Jacobum, non satis liquet, nec ejus nobis plene fidem isti interpretes præstare possunt, quod ipse Judas Lucæ vocem videatur potius de fratre exposuisse. Nec movere debeat, quod Hugo Grotius existimet additum esse a scribis, quod ita dicitur, ἀδελφός δὲ Ἰακώβου· qua enim facilitate, inani conjectura, illi dicitur, eadem rejicitur; quod nulla varietate codices habeant, ejusque gravis testis Origenes sit in Matth. xiii. ubi laudata Judæ epistola, quod *paucorum quidem versuum, sed plena efficacibus verbis gratiæ cælestis*, sic ait in principio dicere, *Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi*. Quæ certe majora sunt ad epistolam Judæ apostolo ac fratri Jacobi vindicandam, quam suppressum nomen apostoli, aut quod vexata Carpocratiana hæresis videatur, ac si qua ejusmodi sunt, ad illi abrogandam. Apostoli nomen quandoque modestia suppresserat; satisque Judas expressit, quod se fratrem Jacobi dixit, quasi exponens, quod in apostolorum catalogo semel et iterum Judas Jacobi dictus fuit, atque hinc δεσπότης, quasi ex Dominica stirpe et vere apostolus, qui duplex illi titulus præaugustus. Ipsa falso nomine Nicolaitarum hæresis ejusque turpia satis erant, ut sic Judas exagitaret, in quibus præiverant ipsa Carpocratiana. Quod si illis freti interpretibus, sicque usitata Hebræorum phrasi, admittamus Judæ patrem Jacobum dictum fuisse, perinde ac illius fratrem (Jerosolymorum scilicet antistitem et fratrem Domini), in promptu erit, cur hic alter Jacobus et Jacobi filius dictus sit Marco μικρός, *Parvus* seu *Minor*, nempe comparatione ad patrem, quomodo Theodosius Minor, Magni Theodosii filius. et sic passim alii, justa inter duos comparatione, quam poscit Hieronymus, nec bene ipse assignat cum Jacobo Zebedæi, quem Scriptura nunquam aliter quam ex patris nomine ab altero Jacobo et collega seu coapostolo distinxit, ac nec ullus veterum. Mo-

imo eventura per singulas tribus spiritu vaticinaretur, ita pronuntiavit: *Juda! te laudent fratres tui. Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum;* ad-

deste satis Origenes, exceptis quæ ex illo retulimus, nihil præterea de Juda et Joseph (qui sic fratres Domini cum Jacobo et Simone dicantur), conperitum se habere profitetur: ipseque Nicetas, nulla se Acta vidisse ait. quibus res Simonis continerentur; quem proinde latuerunt illa Abdixæ de martyrio in Perside cum Simone, ipsa plane spuria, ac reliquorum traditioni adversa.

Hieronymus, non tam forte memoriæ lapsu quam nimia Origenis assecutione, quem sic Lucas distinguit. *Simonem Zelotem*, quasi Matthæi Hebræam vocem *Cananites*, exponendo, *Judam Zelotem* ad fastidium usque obtrudit. In c. iv, Epist. ad Gal.: *Bonum zelum legimus Phinees, Eliæ, Muthatix et apostoli Judæ.* Adversus Helvid.: *Judas Zelotes*, in alio Evangelio *Thaddæus* dicitur. Sed et Matth. x in catalogo duodecim apostolorum, Thaddæum apostolum facit, ipsum qui a Thoma Edessam missus est ad Agbarum seu Augarum regulum, cum Eusebius, ex quo mutuatus est, l. i, c. ult. et penult. aperte dicat unum e LXX fuisse: ut plane non decebat apostolum, qui nullo superior esset, sui ordinis atque æqualem apostolum mittere. Quare non immerito Henr. Valesius Eusebii doctus interpretis expostulat; fidemque ac diligentiam majorem in viro desiderat. Ut existimem Hieronymum secutum Origenem, sic passim vocando *Judam Zelotem*, qui Scripturæ phrasi sit *Judas Jacobi*, suadet Origenis locus tract. xxxv, in Matth. ad eum locum, *Jesum Barrabam, an Jesum qui dicitur Christus. In multis*, inquit, *exemplaribus non continetur, quod Barrabas etiam Jesus dicebatur, etc.* Quibus elevat eam lectionem, quod nomen Jesu non videatur ulli malorum commune; sicut in aliis nominibus invenimus justorum, ut ejusdem nominis inveniantur etiam iniqui, ut puta *Judas apostolus, Zelotes, et Judas patriarcha, et Machabæus Judas, omnes laudabiles: sed Judas proditor.*

Sed et Græcorum Menæa nec ipsa forte omnis labis pura. Nam quod utrumque Thaddæum (et apostolum et discipulum unum ex LXX) Edessam profectum volunt, ibique prædicasse et curasse Augarum, ablato quod ei lepræ erat reliquum (ab accepta nimirum Domini epistola) palam confundunt, reliquis distinguunt. Crasso errore in Synax. edito 19 Junii, Οὗτος ἐν μὲν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ καὶ ταῖς Ἠράξεσιν, Ἰούδα, ἐπονομάζεται. Εὐμενὴς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν. Nec enim Græci Judæ Evangelium noverunt, vel aliud quam Lucæ, in quo Judas dictus sit, uti etiam in Actibus, eodem Luca scriptore. Sed præstat Tilianum nostrum Synax. illo purius auctiusque, quo epistolæ Judæ illustre testimonium habetur, hic loci representare: Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰούδα, ἀδελφοῦ κατὰ σάρκα χρηματίζοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὅς ἦν υἱὸς Ἰωσήφ τοῦ μνηστοροῦ, καὶ ἀδελφῆς Πακώβου τοῦ ἀδελφοῦ θεοῦ γνήσιος κατὰ φύσιν. Οὗτος παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν σύμπαντα κόσμον πεμφθεὶς, τὴν σωτηρίαν καταγγέλλει τοῖς ἔθνεσι, καὶ πολλοὺς τόπους διαμειψάμενος, καὶ πολλὰς πόλεις καὶ λαοὺς εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ χειραγωγῆσας πίστιν, εἰς τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν παραγίνεται, ἐκκλησίας ἐκείθεν καταφυτεύσας, καὶ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσι τὸ Εὐαγγέλιον κηρύξας, καὶ τὴν Ἐδессινῶν καταλαμβάνει, καὶ τῷ Λυγάρῳ περιτυχῶν, καὶ τοῦ συνέχοντος πάθους ἐλευθερώσας αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀπίστων ἀναρτηθεὶς ἐν Ἀράτ τῇ πόλει θνήσκει. Ὅς ἔτι περιῶν ἅπασιν ἀνθρώποις θεόπνευστος καὶ πολλῶν δογμάτων ἔμπλεων ἐπιστολὴν ἐπιστεῖλας, πλείους θανῶν ἢ ζῶν δι' αὐτῆς ἐπιστρέφει πρὸς θεοσέβειαν. Memoria sancti apostoli Judæ, fratris Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Fuit hic filius Josephi

A εὐλογῶν μᾶλλον δὲ πρόδῳησιν τῶν κατὰ φύλην ἐκαστην ἀποδησομένων τῷ πνεύματι ποιούμενος, Ἰούδα! σὲ ἀνέσασσαν, προηγόρευσεν, οἱ ἀδελφοί σου.

S. Mariæ sponsi, verusque natura frater Jacobi fratris Dei. Hic ab ipso Christo in mundum universum missus, salutem annuntiat gentibus, variisque peragratis locis multisque urbibus ac populis ad Christi fidem adductis, in Mesopotamiam venit; atque ibi plantatis Ecclesiis; prædicato Evangelio finitimis gentibus, Edessam quoque venit, Augarumque locutus, et cum morbo quo tenebatur, eum liberasset, ab infidelibus suspensus telisque confossus in Arat moritur. Cum in humanis adhuc versaretur, divini Spiritus afflatu digesta multisque decretis plena, cunctis hominibus conscripta Epistola (catholica 1), plures per eam vita functus ad pietatem convertit, quam vivus. Consentit earum gentium traditio de Judæ martyrio in Armenia. Thaddæum unum ex LXX requievissse Beryti tradunt 21 August., ubi perinde Edessam lustraret, et Augarum a reliqua lepra mundasset, ipsumque baptizasset, ac deinde in Mesopotamiam intrasset, Syriamque prædicatione pergrasset, quæ nemo non videt, alia ex aliis transcripta esse. Quod Thaddæum, qui et *Lebbæus*, vocant, dicas Menæorum Synaxariique auctores eum respexisse, qui sic apud Matthæum dicitur, ac velut ille alius a Juda Jacobi Lucæ significetur; quod est valde absurdum. Non enim alium Matthæus et Marcus, alium Lucas texuerunt τῶν ἱβ' catalogum, vel ei alius alios inseruerunt; ipsique diserte suum illum Thaddæum unum e LXX dicunt, hominem Edessenum, etsi Hebræum; qui Joannis primum, tum Christi discipulus fuerit, ac sic patriam suam curaverit, cujus forte labores Thaddæus alter sive Lebbæus, ipse Judas Jacobi, ibi absolverit. Ac num ab illo sibi nomen illud asciverit, vel ipse ab eo apostolus ita dictus sit, velut a Sergio Paulo, Paulus, qui antea Saulus, quod eum peculiarius instituerit, et quasi operis vicarium ac alium se in Christo habuerit? Liceat ita divinare, dum certiora et integræ fidei monumentis occurrerint: quæ cum antiquos defecerint, non facile possunt nobis suppetere. Liqueat tamen, et recentiori probatum periculo est, prodesse plurimum ad ponenda fidei fundamenta, si quis indigena probe ea instructus, suis magister et doctor præficiatur, velut Clemens Romæ, Areopagita Athenis, et forte Ananias Damasci, aut etiam Joannes Senior Ephesi, aliique. Miserint itaque vel Thomas, vel Thaddæus, Thaddæum Edessenum Edessam; jam Christi discipulum, et secundi ordinis apostolum, utilemque in ea operam posuerit, quem ipse postea Thaddæus apostolus primi ordinis secutus sit, cœptaque discipulo absolverit, majorique luce prædicationis apud Syros et finitimas Edessæ nationes offenderit, cujus rei causa sic martyrium fecerit. Et certe Menæa quasi exordium prædicationis Thaddæi discipuli Edessam faciunt; quem et reliquum lepræ nigre, quod Augaro ejus urbis regulo hærebat, abstulisse aiunt: sinem vero prædicationis apostoli, qui Augarum morbo liberaverit, non lepram sustulerit, sive idem sive potius aliusque regulus sit, ut erat nomen commune ejus gentis principum. Venerit itaque Thaddæus apostolus et Judas curatum sic laborantem Edessenum regulum, susceptamque in ea urbe fidem opera roboratum, quo præstito in Ararat veniens Christi victima occisus sit. Atque in hunc modum conciliare licebit, quæ in speciem videantur dissidere. Nicetas, ipse caute Menæorum venam sequitur. De curato Augaro maluit tacere, quod unius putavit Thaddæi discipuli, habuitque ex historia Eusebii: quem sequatur, cui nostra hæc conciliatio non placuerit.

Δι χεῖρες σου ἐπὶ νότου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι υἱοὶ τοῦ πατρὸς σου, καὶ ὅσα τῆς εὐλογίας ἐξῆς. Ἄ πάντα κατ' οὐδέν, ἢ μικρῶς ἐκείνῳ συνέβαινε· ἐναργῆ δὲ τὴν ἐκβασιν καὶ τρινεστάτην, ἐπὶ τῷ ἐξ Ἰούδα μέλλοντι φῦναι Χριστῷ, τὰ τῆς προφητείας καταδέδεται.

Οὗτος γὰρ ὁ ἀληθινὸς Ἰούδας, ὁ τῷ Πατρὶ, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατὰ τὴν τοῦ ὀνόματος σημασίαν, ἐξομολογούμενος· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τούτῳ γνησίως καὶ πιστῶς μαθητιῶσιν. Οὐ γὰρ ὅσοι ψιλῆς μεταποιῶνται τῆς προσηγορίας, ἀξιοπρεπῶς ἀνκληθεῖεν Ἰουδαῖοι. Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, φησὶν, Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ. Ὅσπερ οὐδὲ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα· ἀλλ' οἱ πρὸς μόνην Θεοῦ τὴν ἐλπίδα διὰ πίστεως ἀνατεινόμενοι (τοῦτο γὰρ τὸ ἔργον τοῦ Ἀβραάμ)· καὶ Θεόν, ὡς ἐφικτόν, ὀρᾶν ἀξιούμενοι· τοῦτο γὰρ Ἰσραὴλ. Οὗτοι καὶ νόμον τηροῦσι τῆς περιτομῆς· οὐ τὸν ἐν γράμματι καὶ σκιᾷ, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ἐν τῇ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ἀπεκδύσει ἢ νεκρώσει. Οὗτοι νόμῳ στοιχοῦντες, καὶ ἀδιαλείπτως ἐξομολογήσει καὶ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, ἐν τῇ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου ἀναλήψει ἢ ἀνακαινώσει.

Ὅσπερ οὖν πάσης ἐνεργείας θεοτελοῦς, πάσης ἀρετῆς, πάσης χάριτος ρίζα καὶ πηγάδα πέφυκεν αἰτία Χριστός· δευτέρως δὲ κατ' ἀναλογίαν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ κοινωνοὶ καθεστᾶσι τῶν αὐτῶν· οὕτω καὶ ἡ δύναμις τῆς ἐξομολογήσεως προηγουμένως μὲν τῷ διδασκάλῳ, κατὰ τὴν ἐξ ἐκείνου δὲ μέθεξιν καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐνθεωρεῖται· τοῖς τ' ἄλλοις πᾶσι, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ καὶ προσηγορίαν προνοία κρείττονι τὴν πρᾶξιν αὐτὴν κληρωσάμενιν.

Αἰνέσωμεν τοιγαροῦν Ἰούδαν, κατὰ τὴν τοῦ πατριάρχου προφητείαν· τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ἐπώνυμον. Αἰνέσωμεν καὶ προσκυνήσωμεν τὸν ἀξίως τοῦ Ἰερῶ ὀνόματος πολιτευσάμενον· τὸν ὡσπερ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, οὕτω καὶ ταύτης ὑπερβαλλόντως κοινωκότα Χριστῷ· τὸν θερμότατον τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην δοκιμώτατον, καὶ τὴν γνῶσιν τελειώτατον μαθητὴν· τὸν τῆς ὑψηλῆς τῶν ἀποστόλων καὶ ἱερᾶς δωδεκάδος συμπληρωτὴν. Αἰνέσωμεν, οὐ τὸν Ἰσχαριώτην· μακρὰν γὰρ ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς εὐλογίας, ὅτι ἠγάπησεν κατάρξιν, καὶ ἦλθεν αὐτῷ· ἀλλὰ Ἰούδαν, τὸν ἀμφοτέρωθεν περιδλεπτόν τε καὶ εὐγενέστατον· ἔκαὶ τοῖς φυσικοῖς, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν πλεονεκτήμασιν ὑπερφυῶς λαμπρυνόμενον καὶ καλλωπιζόμενον· τὸν κάτω μὲν ἐπὶ γῆς, ἔχγονον μὲν Ἰωσήφ, Ἰακώβου δὲ ἀδελφόν· ἀνω δὲ, παῖδα μὲν Θεοῦ, σύγγονον δὲ Χριστοῦ. Τὸν ἀπόγονον μὲν τοῦ βασιλέως Δαβὶδ· συγγενέα δὲ κατὰ σάρκα Χριστοῦ· εἰπερ δὴ καὶ Ἰωσήφ αὐτὸς ὁ πατήρ, συγγενῆς τῇ μνηστῇ καθίστατο Μαρίας. Τὸν ἐγγυῆ μὲν περιφανῆ, καὶ λαμπρὰ κεκτημένον τὰ τῆς δικαιοσύνης ὑποδείγματα· οὕτω δὲ παρευδοκιμηκότα καὶ

A *rent te filii patris tui*¹⁵, et quæcumque sequuntur in benedictionibus. Quæ omnia nihil, aut parum illi acciderunt; clarum vero et apertissimum in Christo, qui ex Juda ortus est, in eum modum prædicta eventum habuerunt.

Hic enim verus est Judas, qui Patri, qui in cœlis est, pro eo ac nomen sonat, confitetur: neque is solum, sed et omnes qui ejus vere ac fide discipuli existunt. Nec enim qui nudam vindicationem, congrue digneque Judæi vocitentur. Non enim qui in manifesto Judæus est, sed qui in abscondito. Quemadmodum neque omnes qui ex Israele, hi sunt Israelitæ; neque quia semen sunt Israel, omnes filii¹⁶; sed qui per fidem in solam Dei spem animis intendunt (hoc enim opus Abrahæ) ac qui Deum, quoad concessum est, merentur videre (id enim sibi vult Israel), hi legem quoque circumcisionis servant, non ejus quæ in littera et umbra est, sed quæ in spiritu et veritate, in exspoliatione seu mortificatione veteris hominis: qui nimirum legem sequuntur, ac indesinenter confessioni et orationi assidui sint, in assumptione novi hominis seu illius renovatione¹⁷.

Quemadmodum igitur divinæ omnis operationis, omnisque virtutis et gratiæ Christus radix, fonsque ac auctor existit; secundis autem partibus pro rata cum eo similitudine, hi quoque qui ex illo sunt, eorundem et ipsi socii ac consortes existunt: sic quoque confessionis vis, primo quidem principaliusque in magistro, ex illo autem etiam in discipulis participata ratione noscitur; tum reliquis omnibus, tum præ illis singularique excellentia, in eo qui diviniore providentia rem ipsam appellationem est consecutus.

Laudemus igitur Judam, juxta patriarchæ vaticinium; illum scilicet qui ex confessione nomen sit mutuatus. Laudemus et veneremur eum, qui digne pro sacri nominis ratione vitam instituerit; qui sicut reliquas virtutes, sic hanc quoque excellenter cum Christo communem habuerit; ferventissimum utique fide, et dilectione probatissimum, scientiaque perfectissimum discipulum, qui sublimem sacramque complevit duodenarium apostolorum chorum. Laudemus, non Iscariotem (procul enim is est a benedictione; quippe qui dilexerit maledictionem, et venit ei) sed Judam utrinque spectabilem ac nobilissimum¹⁷; tum scilicet naturalibus dotibus, tum quæ natura superiores sunt, eximie clarum atque ornatum. Ad terrenam quidem prosapiam quod attinet, Josephi filium ac Jacobi fratrem; quod autem ad cœlestem, Dei filium ac Christi fratrem, nepotem quidem Davidis regis, ac Christum agnatione carnali contingentem; siquidem et Joseph ipse parens, ejuscemodi sanguinis necessitudine Mariam sponsam contingebat: propinquus quidem illustrem, et qui clara justitiæ

¹⁵ Gen. xlix, 8. ¹⁶ Rom. ii, 28; Rom. vii, 6.

19. Statim vero vir beatus, flexo ad Deum genu, ac puras in cœlum manus levans, animi exultatione dulcibusque lacrymis, Domino confitebatur, etiam atque etiam gratias agens, ejus constantiæ nomine, cujus ad eam usque horam specimen exhibuisset; rogans ut in ea confessione agonem consummaret; animusque repositam martyribus quietem consequeretur, nec corpusculum ærumnis multis ac laboribus tormentisque consumptum, bono ad quiescendum loco destitueretur: ac vero custodia ac præsidium in ævum civitati fore precatus est, omnis generis morborum præsentem medicinam, omniumque procul malorum aversionem. Impietate in Deum laborantibus, salutem, quæ per fidem est, votis deprecatur; peccatoribus, ut pœnitentia convertantur; magistratibus, ut justitiam teneant; subditis, ut obedientiam; divitibus, ut propensos in eleemosynam mores habeant; pauperibus, ut patientiam servent ac sustentiam; gaudentibus, ut gratias agant; his qui in ærumna sunt, ut levamen ac consolationem obtineant; navigantibus, ut felici navigatione utantur; iter habentibus, ut iter fauste condeciant; his qui in bello versentur, victoriæ tropæa; qui denique in pace agant, ut omnem strenue pietatem ac justitiæ opera colant. Christi æmula bonitate, cunctis bona ac utilia appretatur, ut perfectus Christi discipulus. Ut patriæ amans, patriæ, ut ab omni tuta periculo sit omnique hostium grassatione liberetur; iis præsertim, qui illius sincere memores fuerint, ac reliquiarum loculo accesserint, ædificiis præstiterint, canticis oblationibusque acceperint. Qui se adeant, faustam omnem gratiam comprecatur ac salutare munus (11).

20. In hunc modum precatus vir divinus, diuque sacro astante angelorum choro sacre delectatus mentequè recreatus, tumque tertio deiformem consignans vultum (o quæ tunc temporis locum impleverat mystica jucunditas divinarumque laudum cantical.) sanctum eis sanctus tradit ani-

^a Apoc. xxi, 23.

(11) Diximus alias non placere nobis illam martyrum viventium curam, quæ a corpore et reliquiis suis sunt sollicitæ, quidquid hic in notis suis id

δείξαντες; καὶ θανατώσαντες, ἐσπέρας ἤδη φθοράς, θηρσί τὸ σῶμα κατέλιπον βράν.

17'. Τί οὖν ὁ Κύριος; ἄρα γε τοῦ οικείου θεράποντος ἠμέλησεν; ἢ βιαθανατοῦντος τρόπον ἀφῆκεν ἀποθανεῖν; ἢ κρυφαίας καὶ νοερᾶς μόνον ἐπιφανείας ἀξιοί; Οὐδαμῶς· νύξ δὲ ἤδη, καὶ ἥλιος ὑπὸ γῆν, καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἥλιος τῷ τοῦ φωτὸς ἐπανέτελλεν οὐρανὸν· καὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανοῦ περὶ αὐτὸν, καὶ δόξα Κυρίου, εὐαγγελικῶς εἶπειν, περιέλαμψαν αὐτόν. Ὁ δὲ, καθάπερ ἐξ ὑπνου βαθέος ἀνενεγκῶν, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν αἰσθηθείς θεοφανείας, καὶ πάσης μὲν ἀλγηδόνος σῶματος εὐθύς ἀνεθείς, πάσης δὲ κατανύξεως καὶ ἀνεκλαλήτου χαρᾶς πληρωθείς, ἵσταται μὲν ἐπὶ πόδα, οὕτω κούφως καὶ εὐσθενῶς, ὡς μηδ' ἦν τινα πείραν ἀνιάρων εἰληφῶς.

18'. Εὐθύς δὲ κάμψας ὁ Μακάριος τὸ γόνυ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τὰς ὄσας χεῖρας ἐπάρας εἰς τὸν οὐρανόν, ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας καὶ γλυκερῆς δάκρυσιν ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ· εὐχαριστῶν μὲν ἰσχυρῶς ὑπὲρ τῆς σταθερότητος, ἧς ἄχρι τῆς ὥρας ἐκείνης ἐνεδείξατο· δεόμενος δὲ ἐπὶ ταύτῃ τελειωθῆναι τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ τὴν ψυχὴν μὲν τῆς ἀποκειμένης τοῖς μάρτυσιν ἀνιπαύσεως μετασχεῖν· τὸ πολυπαθὲς δὲ σωματίον σεμνὸν τόπον εἰς κατάπαυσιν λαχεῖν· φυλακτήριον δὲ τοῦτο τῇ αὐτοῦ πόλει προσηύξατο δι' αἰῶνος χρηματίσαι· νόσων τε παντοδαπῶν ἰατήριον καὶ πάντων ἀλεξητήριον κακῶν. Προσηύξατο τοῖς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσιν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν, καὶ τοῖς ἀμαρτάνουσι τὴν διὰ μετανοίας ἐπιστροφὴν, τοῖς ἀρχουσι δικαιοσύνην· εὐπειθειαν τοῖς ἀρχομένοις, τοῖς πλουσίοις τρόπον ἐλεήμονα, τοῖς πένησιν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν, χαίρουσιν εὐχαριστίαν, λυπούμενοις παραμυθίαν, πλέουσιν εὐπλοίαν, ὁδοιποροῦσιν εὐοδίαν, τοῖς ἐν πολέμῳ τρόπαια νίκης, τοῖς εἰρηνεύουσι συντονίαν πρὸς πᾶσαν εὐσέθειαν καὶ δικαιοπραγίαν. Πᾶσιν ἐπεύχεται Χριστομιμήτῳ χρηστότητι τὰ χρηστὰ καὶ λυσιτελῆ, ὡς τέλειος Χριστοῦ μαθητῆς· ὡς φιλόπατρις, τῇ πατρίδι τὴν ἀπὸ κινδύνου παντολύτρωσιν· μάλιστα δὲ τοῖς γνησίως αὐτοῦ μνημονεύειν μέλλουσι, καὶ τῇ τῶν λειψάνων θήκῃ πελάζουσιν· οἰκοδομαῖς τε χαρίζεσθαι, ὕμνοις τε καὶ ὕμνοις δεξιούσθαι· τούτῳ προσιοῦσι, πᾶσαν δεξιάν χάριν καὶ σωτήριον ἐπεύχεται δωρεάν.

19'. Οὕτω προσευξάμενος ὁ θεὸς ἀνὴρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῖς παρεστῶσι τῶν ἱερῶν ἀγγέλων ἱερῶς συνηδόμενος, καὶ νοερῶς κατατερόμενος, εἶτα τρίτῃ σφραγίδι τὸ θεοειδὲς πρόσωπον σημειωσάμενος (ὡς τῆς τότε τὸν τόπον ἐκεῖνον πληρωσάσης μυστικῆς θυμηρίας καὶ δοξολογίας), τὴν ἀγίαν αὐτοῖς ὁ ἅγιος παρα-

explicare nitatur Combefisius. Atque hinc suspicor, hunc esse Græcum Nicetæ rhetoris ornatum.

τιθεται ψυχῆν. Ταύτην μὲν οὖν εὐθύς ὁ παράδεισος ἔχε τοῦ Θεοῦ, τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἀνοφθέγκτω χαρῆ προσιοῦσαν, καὶ πανευαγῶς αὐτῷ προσκυνούσαν, καὶ τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ τῇ Δεσποτικῇ καταστεφομένην δεξιᾷ· ταύτην αἱ νοεραὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν Δυνάμεις ἐπήνεσαν, καὶ ὡς νικηφόρον ἢ Χριστοφόρον ἑαυταῖς προσφκειώσαντο. Ταύτην ἀπόστολοι μὲν, ὡς ἀποστολικώτατα βιώσαντες, ἀσμενέστατα [ἀσμενέστατα] δεξιούμενοι περιεπτύξαντο· Μαρτύρων δὲ χοροὶ ἱεροὶ, ὡς οικεῖον αὐτῶν μέλος, καὶ τὸ τιμιώτατον ἀποδεχόμενοι τῶν μελῶν· καὶ τῷ πνεύματι συναρμολογοῦντες ἑαυτοῖς καὶ συμβιβάζοντες τῆς αὐτῆς αὐτοῖς δόξης καὶ μακαριότητος μέτοχον δι' αἰῶνος ἐκληρώσαντο· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ προφητῶν καὶ ἁγίων θίασοι πάντων, ὡς τῆς Ἰσῆς αὐτοῖς ἀγιότητος ὑπερβαλλόντως μετέχουσαν ὀρῶντες, τὴν αὐτῆς ἀνάλυσιν καὶ ἐνδημίαν πρὸς τὸν Χριστὸν, λαμπρὰν ὅτι μάλιστα καὶ θεοπρεπεστάτην συνεκρότησαν ἑορτήν.

κα'. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἢ τρισυλβία ψυχῆ τῆς τοῦ οὐρανίου Πατρὸς κατακληροῦται μονᾶς· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο καὶ ἀθλοφορικὸν σκῆνος, ἢ οὕτως εἰς γῆν πεσὼν παρεώραται, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς μάρτυρας τετιμηται· ὡσπερ δὲ τέρασι μελίσσαι καὶ ἀφθονωτέροις λάμασιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πεφιλοτίμηται, οὕτω καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων τιμαῖς, ἀπάντων ὀλίγου δεῖν τῶν ἀθλοφορικῶν σωμάτων τὸ ἐπιδοξότατον ἠνέγκαστο. Τότε μὲν γὰρ αὐτοῦ που πλησίον τῆς πόλεως γῆς βάθεισιν ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ὁ πολῦτιμος ἐντίμως καταχωσθεὶς θησαυρὸς, οὐμενοῦν ἀφικτὸς ἢ τινι γέγονεν ἐξ ἐκεῖνου θεωρητὸς, οὐ μὴν ταῖς ἀγαθουργίαις τῶν αὐτοῦ θαυμασιωπιῶν οἷός τε γίνεται λαθεῖν· ἀλλ' ἐκτενεστάταις μὲν ἰκασίαις τὸν Κύριον ἐνδοξὸν ὁ ἀθλοφόρος ἱεροῦμενος, ἐξω δὲ ταῖς ἐπὶ τοῦ τάφου τελομέναις λάσεσι δυσωπῶν, καὶ τοιούτοις πάλαι τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐξ ἀπιστίας εἰς ὀρθότομον πίστιν καὶ ἀνυπόκριτον μετάγων, οὐδὲ μέχρι τοῦ νῦν ὁ θαυμάσιος διαλείπει. Λέγεται γὰρ, ὅ καὶ ὀρώμενον πιστεύεται, ὅτι ἐκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὴν τοῦ ἁγίου μνήμην ἐπαγούσης, δέησις περὶ τὸν ἱερὸν τάφον, ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ παντὸς ἀναπέμπεται λαοῦ· ἄφνω δὲ χοῦς ἐν ἤχῳ τινὶ ξέῳ καὶ ροιζήματι πνεύματος ἐκ τοῦ βάθους κάτωθεν ἀναδίδεται ἢ ἀναβρίπτεται, οὕτως σφοδρῶς ἐκφυσώμενος, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν τάφον καιομένους λαμπτήρας, τῇ ἐπιπνοίᾳ κατασβέννυσθαι· αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ τάφου στόμα, καὶ τὴν καλύπτουσαν λαρναχοειδῶς οἰκοδομίαν, ἀνάμεττα τοῦ ἱεροῦ χοῦς, καὶ τῆς τιμίας ταύτης κονίας εὐθέως ἀποδείκνυσθαι.

κβ'. Ἄξιον καὶ τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ παραδοῦναι, ὡς οὐ πρὸ πολλῶν τούτων ἐτῶν, τῆς ἐτησίου κονίας ἀναδραττομένης, καὶ τὸν μέγαν τῆς χειρὸς δάκτυλον τοῦ θαυμαστοῦ Μάρτυρος κάτωθεν συναναβῆναι·

A mum. Hunc vero statim Dei paradisos habuit, Regi gloriæ, nulla verborum-vel explicabili gaudio, accedentem, eique religiosissimo habitu cultum adhibentem, atque incorruptionis coronam Dominica dextera suscipientem. Hanc cœlestium potestatum mentes omnes laudaverunt, ac velut victoriæ trophæa, aut Christum ferentem, suis domesticam cœtibus asciverunt. Hanc et apostoli, quæ apostolicis præclarissime muneribus vitam egerit, placidissime accipientes complexi sunt. Sacri martyrum chori, velut proprium ipsorum membrum recipientes membrorumque nobilissimum, ac sibi ipsis spiritu concinnantes ac committentes, ejusdem sociam gloriæ ac beatitudinis in ævum nacti sunt. Neque id modo, sed et prophetarum sanctorumque omnium chori velut paris illis sanctitatis gratiis eximie auctam conspicientes, ejus ad Christum solutionem ac emigrationem, claram maxime divinissimamque festivitatem ac tripudium celebrarunt.

B 21. In hunc itaque modum ter beata anima cœlestis Patris mansiones sedesque consequitur: at neque sacrum illud ac triumphale tabernaculum, vel sic in terram cadens spretum est, vel pari martyribus reliquis honore decoratum: sed sicut majoribus prodigiis uberioribusque sanctorum Christi munere honestatum est, sic et humanis honoribus ac obsequiis, cunctis fere victoria inelytorum martyrum corporibus majori gloria illustrius habitum. Ac tum quidem illic loci prope civitatem aggesto tumulo pretiosus thesaurus fidelium manibus honorifice conditus est: at quamquam inaccessus, nullique eo ex tempore re conspectus est, per ejus tamen mirabilium operum benefica munera laud fieri poterat ut lateret. Quin jugibus contentisque supplicationibus intus Dominum martyr triumphalis placans, forisque in sepulcri memoria sanctorum munere permovens, hisque olim suam civitatem ab infidelitate ad rectam sinceramque fidem traducere, hactenusque vir admirandus non cessat. Aiunt enim (cui rei et ipse visus præstat fidem) vertente anni tempestate, qua ejus celebris memoria agitur, sacratæ plebis circa sacrum tumulum obsecratione, repente insolito quodam sonitu, flatusque stridore ex imis sursum pulverem erumpere (12) seu exsufflari tanta vehementia, ut et tumulo circumpositas accensas faces spiratione exstinguat; ipsumque tumuli os, urnæque in modum operientem fabricam, sacro pulvere pretiosoque cinere confestim adimpleat.

C 22. Dignum vero et istud commentario consignare; ante nimirum non multos hos annos (13), annuo pulvere erumpente ac ebulliente, dextræ quoque admirandi martyris majorem digitum una

(12) Idem fere miraculum narratur de sepulcro S. Raymondii de Pegnaforti, uti dictum est ad diem 7 Januarii in ejus Actis, cap. 8.

(13) Hinc patet, cultum ejus Amastride adhuc floruisse sæculo nono.

ascendisse, ita integrum sanumque, ac si vivente recens dextera amputatus esset. Sic vero ascendisse arbitror, ut sancti eo loco corpusculi depositionis certiore faceret fidem, et ad templi fabricam fideles animaret. O sanctum pulverem in sancti pulvere imbutum sanctitate, qui universo populo distribuaris, parique cum sancto corpore virtute polleas! O pulvis, natura quidem terrenus, ac caelestis virtute atque potentia! Pulvis nimirum, mannae, quod olim e caelo pluebat, gratia venerabilior, sanctimonia religiosior, virtute potentior efficaciorque. Nam illud quidem ad alenda corpora ac conservanda caelo pluebat; hic vero, non solum ad corpora (a frigoris maxime aestusque tabe) curanda, verum etiam ad abundantem animis firmitatem praestandam ac illustrationem.

23. At, o martyrum omnium decus inclytum, fidelium gloriatio contritioque infidelium! O venerandae patriae bona stirps, imo vero stirps sancta, suo munere pravam patriam in bonitatem vertens, impuramque castam reddens ac sanctam, inhonoramque honorans! Stirps pretiosa caelestisque Patris tui vere plantatione digna, quasi palma, jugi virtutum flore vernans, ac quasi cedrus secus aquas, infinitis sanitatum fructibus exuberans! O lapis pretiose vereque summo angulari digne lapide! Lapis, cui nomen cum Hyacintho commune (14); illo, inquam, Hyacintho, qui undecim pretiosis lapidibus, utrinque ordine digestis, annexus, summi pontificis rationale iudicii una componit! Lapis sancte, qui juxta Isaiam super terram volvaris, Amastridis murus vallumque; sive potius turris coronaque, omnes hostium capiendis urbibus machinas, arietes, catapultas, balistas aliaque propellens! Paphlagonum alta sublimitas eximiusque decor, imperii corona, sacerdotii laus ac gloriatio, nostrorum, quaeso, etiam suscipere digneris sermonum primitias; ac vel si nihil tua dignum magnificentia exhibeant, prorsus tamen tibi charissimas, quod e vicinio fructus existant. Ac reliquis quidem, quae illis prius a summo omnium Rege precatus es, praestare ipse ne cessaveris, quippe cui facultas non desit, quam inde acceperis: vicinis autem atque civibus, uti magis tibi fide ac charitate consertis, majorem bonorum Dei munerum copiam subministra, in Patris et Filii et Spiritus sancti gloriam, in saecula saeculorum. Amen.

Α οὕτως ἄρτιον καὶ διόκληρον, ὡς ἄρτι τῆς αὐτοῦ ζω-
σης ἀφαιρεθέντα δεξιᾶς· ἀνέβη δὲ, πίστιν τε, οἶμαι,
τελειοτέραν παρεχόμενος, τῆς ἐνταυθοῖ τοῦ Ἁγίου
καταθέσεως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ διεγείρων τοὺς
πιστοὺς κατασκευὴν. Ὁ χοῦς ἅγιος, ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου
ἀγιαζόμενος χοῖ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ διαδιδόμενος,
καὶ τῷ ἁγίῳ ἴσα σώματι δυναμούμενος. Ὁ χοῦς, τὴν
φύσιν μὲν χοϊκῆς, οὐράνιος δὲ τὴν δύναμιν· χοῦς, τοῦ
οὐρανοῦ πρώην ὑομένου μάνα τὴν χάριν αἰδεσιμώ-
τερος! τὸν ἀγιασμὸν σεβασμιώτερος, τὴν δύναμιν
δραστηριώτερος· τὸ μὲν γὰρ εἰς σωμάτων ὕετο θρέ-
ψιν τε καὶ συντήρησιν· ὃ δὲ, οὐκ εἰς σωμάτων
θεραπείαν μόνον, ψύχους τε μάλιστα καὶ καύσωνος
μαρασμοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς διαρκῆ ψυχῶν στηριγμὸν
καὶ φωτισμὸν.

B

κγ'. Ἄλλ', ὃ πάντων μαρτύρων ὠράϊσμα, πιστῶν
δὲ ἀγαλλίαμα, ἀπίστων δὲ σύντριμμα· ὃ πατρίδος
σεμνῆς ἀγαθὸν φυτὸν· μᾶλλον δὲ φυτὸν ἅγιον, τὴν
πονηρὰν ἀγαθύναν δι' ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ τὴν
ἀναγνὸν ἀγνίσαν, καὶ τὴν ἀειμον τιμῆσαν· φυτὸν
τίμιον, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς σου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
φυτείας ἀληθῶς ἄξιον, ὡς φοῖνιξ ταῖς ἀειθαλέσιν
ἀνθῶν ἀρεταῖς, καὶ ὡσεὶ κέδρος παρ' ὕδατα τοῖς
ἀπείροις τῶν λαμάτων πληθυνόμενος καρπῶν! Ὁ
λίθε τίμιε, καὶ τοῦ ἀκρογωνιαίου τῷ ὄντι ἐπέξιε·
λίθε, τῷ Ἰακίνθῳ ὁμώνυμε· ἐκείνῳ, τῷ τοῖς ἑνδεκα
συστοιχοῖς τιμῶς συνηρημένῳ λίθῳ, καὶ τὸ λο-
γεῖον τῆς κρίσεως τοῦ ἀρχιερέως συγκατασκευαζο-
μένου τοῦ μεγάλου λίθε ἁγίε, κυλιόμενε ἐπὶ τῆς γῆς,
κατὰ τὸν Ἡσαίαν, τῆς Ἀμάστρας τὸ περιτελισμα
καὶ περίφραγμα, μᾶλλον δὲ πύργωμα καὶ στεφά-
νωμα, πάσας ἐλεπόλεις καὶ μηχανὰς ἀποκρουόμενον
ἐχθρῶν· τῶν Παφλαγόνων τὸ ὕψωμα καὶ καλλῶπισμα
τῆς βασιλείας ὁ στέφανος, τῆς Ἰερωσύνης ὁ ἔπαινος
καὶ τὸ καύχημα, δέχοις καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων
ἀπαρχὴν λόγων· καὶ εἰ μηδὲν τῆς σῆς ἄξιον μεγα-
λοπρεπείας ἐπιφαίνουσας, ἀλλὰ φίλην γέ σοι πάντως
οὔσαν, τῷ ἐκ γειτόνων εἶναι καρπὸν, καὶ τοῖς μὲν
ἄλλοις πᾶσιν, ἃ πρὸς τοῦ Παμβασιλείως πρότερον
ἐπηύξω, μὴ διαλίπης αὐτὸς ἐνεργῶν· δύνασαι γὰρ
ἐκαῖθεν λαθῶν· τοῖς γείτοσι δὲ καὶ πολίταις, ὡς μὲν
ἀνηρημένοις τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς σῆς,
πλείω τῶν ἀγαθοδύρων Θεοῦ ἀγαθῶν τὸν περιουσια-
σμὸν ἐπιχορήγησον, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ
καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Ἀμήν.

D

ORATIO XX.

Laudatio magni Gregorii, Constantinopolitanae urbis archiepiscopi, cognomento Theologi (1)

Magnum Theologum laudaturus accedo, tametsi is laudibus eminet. Aequum enim; nec vero dumtaxat aequum, sed ut etiam maxime deceat oratione defungi viro eloquentissimo, omnisque eloquentiae

regulae ac magistro. Nec quod sit necesse, ut nedum ipsi, qui tantis ab illo partibus deficiamus, sed et qui ad summam magnifici animi praestantiam evasisse videntur, ab eo quod est pro dignitate

(14) Satis clara hic est allusio, sicut etiam fuit in exordio, ad S. Martyris nomen, et pretiosum lapidem hyacinthum. De allusione ad flosculum ejusdem nominis jam diximus (not. 1).

(1) Ex codice Mazarinæo, Fr. Combefisio interprete, in Bibliotheca Patrum concionatoria, tom. VI, p. 616.

exerrent ; idcirco inhibendus conatus, segniusque agendum quam ut rem aggrediamur. Magnum enim ingensque est, ut vel temperate, in iis quæ maxima sunt, vim argumenti tractes : nedum ut pro operum merito exsequaris. Quia enim vero ille Dei Verbo tum genitus, tumque perfectus, viventi Deo Verbo necessitudine conjunctus est, quomodo non rationi convenientissimum, ut pro virili nostra, ac quantum assequi licet, honorem, qui ex sermonibus dicendi-que facultate est, illi tribuamus ? Laudetur igitur ; quippe æquum sanctumque, ut is, qui operibus ac sermonibus, quoad vita superstes fuit tuendis Verbi partibus labores, ac inœstitias nimium quantas jugesque sustinuit, laudibus quoque ex eloquentia, sermonumque vi corrogatis ceu floribus exornetur.

Porro Gregorium dico, divinæ summeque principis cognominem theologiæ ; sive, ut loquar verius, ipsam reipsa theologiā. Quemadmodum enim vera illa lux²⁵ pro nobis atque nobiscum orta, cum sit sapientiā, et justitiā, et redemptio²⁶, sic potius, quam ex illis deducto nomine nuncupata est. Sunt enim divina hæc nomina ejusmodi, ut præpolleant, divinisque aptiora existant, in quibus essentia cum operatione pariter concurrat. Sic quoque vir hic divinus, qui totam mentis vim eximie divinissimæ-que theologiæ contemperaverit, totamque eam animo intelligenti expresserit, quinimo totus ab ea comprehensus sit, velut ipsa reipsa theologia tum est, tum nominatus fuit. Qui igitur fiat, ut quæ ad illam spectat laudatio, non recto tramite ad istum evaserit ? Theologiæ autem laudatio, ipsius sit perfecte, ac quam perfectis loquuntur²⁷, divinæ principis sapientiæ celebratio ; cujus iste amator, quæ nescio an ullus præstantia, ex eo hominum genere qui a sæculo philosophiam colere statuerunt, effectus, viasque scrutatus, atque incertorum ac occultiorum²⁸ illius mystica sacraque ratione scientiam edoctus, sic mentis sensu, divineque interioris perfectionem hominis adeptus est, ac par erat eum adipisci, qui superna sapientiā parente supremæ virtutis cultu natus erat. Velut enim divinum vehiculum, sive eximius divinissimo Verbo eximia vite ratione, verbique luce partus, evaserat.

Qua igitur ratione is, qui solari globo oculi vini deligit, simul quoque concretam illi lucem necessario luminum acie attingit, sic qui laudis obtentu in magnum Gregorium linguam laxaverit, Theologiæ quoque in eo sedem habentis, sive sapientiæ atque virtutis, dubio procul pariter laudes aggreditur. Hæc enim non eorum qui foris sunt sapientum typo, sed plane apostolica norma, neque Græca ambitione, sed lege evangelica scitisque ejus, contemplatione pariter ac actione, velut natura essentiaque Gregorio conserta, eique concreta apparuerunt. Parum abest, quin et hæc Gregorius dicatur totus ex toto his commistus, ut vix ab eis subtili mentis

A cogitatu dirimatur. Quemadmodum enim hocce aeris corpus, solis radiis fulgoribusque imbutum, totumque ex toto exsiliens inde ac emicantis splendoris corusco plenum, unam lucis plenam aream oculis representat ; ita et iste, spiritalibus hisce radiis magni justitiæ Solis aciem intendens, omnemque ejus, quem nemo capiat, eximia quadam ratione claritatem capiens, animique essentia corpore vacanti commiscens, tanto magis, eo, quem diximus, aere, suæ illi conjunctior luci ostenditur, quanto aer brevi temporis intervallo aspectabili luce perfusus, illa migrante, noctis mox tenebris ac caligine impletur ; hic autem semel, iis, quos diximus, radiis animum adhibens, sicque mentis felicitate eorum fulgore illustratus, ut lucis (nempe spiritalis) filius evaserit, ejus scilicet quæ in illo ratione nullis verbis explicabili, formata, sive signata sit, indivisus a parente in sæculum manet ; luxque spiritalis ac pura, non sibi ipse duntaxat, sed et his qui illi animum attendunt, efficitur atque cernitur.

Cum igitur istud in eum pulchre dictum sit, fidemque meruerit ; age jam nos quoque spiritales intelligentiæ radios, spiritalibus intelligentis animi manibus rapientes (radios scilicet Gregorio quidem emicantes, at qui e cælo ad nos usque pervadant) sermonemque virtutis, ac sapientiæ summitati laxantes, ejusque sacræ Theologiæ profundo intentam mentem adhibentes, atque inde velut claris nobis collectis fulgoribus, id est, divinis illustratoribus affulgentibus, præclaras Theologi res atque merita pro eorum tum sublimitate, tum latitudine contuentes, atque in eum rectis mentis oculis ac irretortis intendentes, proprium ei ac conveniens munus charumque, laudum primitias offeramus.

Ac vero diligenter attentam mihi aurem, ac benevolentem animum, mentem denique mundanis seu carnalibusurbationibus liberam mundamque exhibete, quotquot merito theologicis oblectari canticis atque laudibus peroptatis. Plane enim oratio, uti quæ honesta sunt sincere laudantibus, sic vero etiam prudenter ac cata mente audientibus, longe utilissima ac salubris existit.

Quæ enim vero ab imis haud secus ac corpus umbrae assectantur, ceu quæ ad eorum quæ dicta sunt laudem non admodum conferant, omittenda operæ pretium duco ; cum et præterea multi jam ea conscripserint, sintque omnibus conspicua, tametsi nos minime eloquamur. Quænam vero hæc dico ? Puta, patriæ majestatem ac præstantiam, non quam is quem laudamus, inde percipiat, sed qua ipse illam potius excellentia virtutis impartiverit. Etenim, quemadmodum non ea ratione illustris Christus, quod natus in Bethleem, secus vero illa ejus clara cunabulis orbique celebris evasit ; sic et Gregorius, non propter Nazianzum, ex qua duxit originem, honestatis cumulo aliquid accepit ; quin illa propter

²⁵ Joan. 1, 9. ²⁶ I Cor. 1, 30. ²⁷ I Cor. 11, 6. ²⁸ Ps. 1, 8.

Gregorium in orbis usque fines sui claritatem nominis protulit. Modum, quo in lucem susceptus : maternis enim precibus, ac fide, haud secus ac quæ Verbo præcurrit vox, aut velut sacer ille ex utero Samuel, impetratus, earumque dubio procul partus audiit ac effectus. Urbanam educationem, scitamque, ac qua educari eum decebat, qui sacrosancta decensque virtutis officina futurus erat. Ingenium subtile, ac capacissimum in juvene, ac tenero corpore ; animique solertiam tantam, sagacitatem ac præstantiam, quanta eum statim designari decebat, qui divinum ac magnificum sapientiæ delubrum exstruebatur.

Ad hæc varias disciplinæ causa perégre susceptas profectioes ac itinera ; puta, Nazianzo Cæsaream ; indeque in Palæstinam ; exque Palæstina Alexandriam ; Alexandria in Græclam, Athenasque magnum illud doctrinarum decus, ac earum reginam ; ubi divino Basilio paris disciplinæ causa illic peregre agenti congressus, illiusque usus consuetudine, nedum lecti, victusque, ac mensæ socium habuit, sed et pulcherrimarum disciplinarum, omnisque virtutis concordi mentis proposito, unaque animi conspiratione æque illi particeps accessit. Athenis vero Byzantium, urbem scilicet jam fere summam orbis arcem, in quam, uti reliquæ terrarum divitiæ ac ornamenta pro augustæ urbis majestate convenienter inferebantur, sic quoque tunc quod universis præstantius est, litteræ scilicet ac doctrina, eum ad præstantissimam urbium in eam commigrabant.

In his itaque Gregorium, viros aduentem scientia præstantissimos, iisque dantem operam ; atque omni arte grammatica poeticaque abunde exercitatum ; oratoria summe excultum, vimque omnem sermonis, elegantiamque, ac facundiam commodissime adeptum ; itemque philosophiæ, non quidquid duntaxat organicum est, atque ad mores ac naturam spectans, verum etiam quidquid magis eximium spiritaliusque, sublimissime contutum, mentisque intelligentia assectum : qui denique cujusvis disciplinæ, omnisque (ut verbo dicam) Græcorum sapientiæ ac scientiæ potissima quæque decerpens, hisque ipse sibi ad ea contemplanda quæ vim mentis excedunt præclare admodum viam muniens, sic totam quidem mentis suæ vim ac intelligentiam, Trinitati, quæ ipsum antequam etiam nasceretur scivisset, sacrumque sibi Theologum prædestinasset, perfecte addixerit ; patriæ vero ac parentibus castum hoc corpusculum, majorique animum præfulgentem castitatis luce reddiderit. Hæc quidem, cui libuerit, narret ac philosophetur ; rudimentariis velut actionibus, defunctoriisque viri magni agitationibus facultatis dicendi vim non defunctorie promens ; siquidem in his quoque dignum aliquid ejus prudentia, animique præstantia ac magnitudine loqui licet. Nobis autem id propositum, non ut a

A deterioribus, sed præstantioribus, non ab iis quæ exterius, profanisque, ac quæ circa ipsum considerantur, sed a propriis, ac quibus per fidem ex Evangelii ratione egregie functus est, virtute scilicet (uti dictum est), sapientia ac theologia, pontificem magnum ac Theologum laudemus ; ipsum eundem invocantibus, ut canticis atque laudibus adjutor adsit, dexteramque benignius præbeat fatiscenti sermone.

B Ille igitur mente animoque divinus : cujus actio omni major imitantis conatu ; contemplatioque eximie præcellit : cuncta scrutans in Dei Spiritu, ac dijudicans, quique ipse, ut divinus. Apostolus loquitur, a nemine dijudicetur³⁹. Magna cœlestis tonitruï proles ac filius ; sola temporis antecessione, nihil vero sacrorum dogmatum magnificis vocibus, divinorumque sensorum fulgetris, quibus trine subsistentis Deitatis consubstantialitas prædicata meruit fidem, a primo illo deficiens ; ob quæ etiam par illi nomen consecutus est. Qui clare, ac præ omnibus, qui præcesserunt, apertius, Trinitatem personarum Deitatis unitate Deum celebret ; naturæque unitatem in proprietatum Trinitate adorationem habentem, divinam enuntiet.

C Ille, omni primum humana sapientiâ ac virtute præeruditus, abundeque animo ac mente ad pietatem exercitatione prævia excultus, ac cum se ipse per Spiritum vas Deo dignum præparasset, ita ad lavacrum regenerationis venit ; non ut sordes ablueret (audens dicam), sed clariore animi illustratione donandus, baptisma demum suscipiens ; nec ut aboleret peccata, sed potiora dona percepturus, Spiritum gratiæ admittens.

D Inque hunc modum, secundæ hinc vitæ optimæque ac perfectioris disciplinæ ducens exordium, a vitæ illa ratione quæ carni impensior est, omnium se alienum exhibebat : quin et quodammodo a terrena tantisper et animali sapientiâ⁴⁰ atque virtute excedebat. Sed et supra mundanam omnem amicitiam elatus, in spiritum solummodo commigrabat ; statuitque ut solam spiritus legem sequeretur, unam hanc teneret normam, ejusque virtutis ac sapientiæ quæ divino Spiritu præstatur, internum animo nactus amorem, eumque magnificum, iniquam omnem prorsus viam declinabat ; cunctisque divinis mandatis probe perfunctus, eorum cultu Christum appetibilem supremum velle persequabatur. Ac sicut pueri, cum teneriores decurrunt annos, infantilibus scitis vitæque rationibus educati, moribus quoque ac sensis puerilibus utuntur, in viros autem promoventes, cogitatis ac studiis quæ magis viros deceant, consequenti ratione accedunt, ita nempe, ut eo quod perfectum est, puerilis illis sensus ac institutio aboleatur : sic quoque magnus iste, quidquid ante lavacrum illi disciplinæ, tum ad eruditionem, tum ad actiones moresque spectans elaboratum fuerat, tanquam puerilem sensum re-

³⁹ I Cor. ii, 10 ; I Cor. ii, 15. ⁴⁰ Jacob. iii, 15.

linquens, quinimo ea eum rudimento primaque Institutione ad perfectionem capessendam utens, apostolicum illud jugiter opere implebat: *Quæ sunt retro obliviscens, ad ea vero quæ a fronte secundum præfixum signum ad brachium supernæ vocationis extendens incipsum*⁶¹.

Cum enim duobus modis spectari philosophiam, nedum ab iis qui foris sunt, sed et a nostris exploratum haberet, tum nempe rationis, tum contemplationis ratione; profanâ quidem iis relicta qui foris sunt ac profanis, ipse illi quæ interna est solum inhærescebat. Id nimirum vere philosophiam ducens, ut a mundo animis abrumperetur, omnemque in eo confusionem ac perturbationem transcenderet, solique primæ ac verissimæ luci per veram ac sinceram tum vitæ, tum doctrinæ, rationem misceretur, omni studio pernicatissimaque diligentia id enitebatur.

Intelligens autem, non alia se ratione id quod volis efflagitabat felici successu consequi posse, quam si ipse a se virtutis actionem coleret, cœlitusque a Spiritu auxilium operumque obtineret: esse enim pariter communem boni adeptionem ac consummationem, cum scilicet Deus semina, nosque, ut decet, operationem conferamus (2): ac Spiritus quidem ut bonum velimus, assumptumque in nobis mystice, secretiusque operetur, nos autem Spiritus secuti consilium, probæ mentis proposito illi cooperemur: hæc itaque vir ille magnifici animi cogitans, perspectoque quam in oppidis atque urbanam vitam agimus, quandoque, iis maxime qui tirocinia ponunt, instituto officere, id est, capessendæ sublimi philosophiæ, repente se a parentibus ac cognatis abrumpit; abrumpit vero ab omni sæculi cura; tollensque pedes in desertum agebatur a Spiritu.

Ac sicut magna Verbi vox, ac quæ illi præcurrit, præclarissimus Joannes, prophetis omnibus major qua illi vicinior quem prophetarum tangebant oracula, Domino prædicatus, cum deserto prius Deoque vocasset⁶², eximieque vitæ cultu ac eminentiori contemplatione superata creatura⁶³, creatori propius adhæsisset: post hæc utique ante Domini faciem incedens, illius vias paravit⁶⁴: sic plane etiam Gregorius, sæculi turbis ejusque salo placide prius avulsus, vitæque imperturbata atque ab omni pravitate commercio libera, mente sublimis factus; exque divinis (quoad concessum) contemplationibus deitate imbutus, nedum pœnitentiæ atque baptismatis hominibus præco, sed et omni majoris perfectione absolutissimæque Trinitatis magister e deserto emittitur. Id autem oratio processu declarabit.

Etenim magnum quidem Basilium, uti prius ejus philosophiæ quæ usu sæculari venit, ita postea spiritualis adiutorem sociumque adhibens, sic cum

A eo omnibus simul parandis virtutibus studio incumberebat, actione quidem iis defungens quæ actione constant, contemplatione autem iis, quæ contemplatione: vel, actione quidem, ad ea quæ contemplationis sunt, promovens; contemplatione autem ea sibi familiaria reddens quæ sunt actionis.

At quænam actio? Operæ pretium enim existimo, ut per virtutes, quibus illa magnifice splendet ante contemplationem, eam designemus. Quænam igitur sunt virtutes? Primum quidem firma solitudo, seu quies, ac mundissima. Solitudo, inquam, ac quies animi pariter et corporis. Non enim loci duntaxat præsidio se tum civilibus, tum rusticis subducebat tumultibus, sed longe magis in se ipse mentis constantia, seque medio, in Deum conversus, moribus potius solitudinem ac quietem obibat; tranquillamque ac mansuetam animi constitutionem adeptus, in qua velut pellucido speculo ac mundissimo, cœlestium illustrationum representationes, terrenis impermixtas figuris ac seducentibus, suscipiebat.

Tum vero meditatio robusta jugisque. Meditatio sacrorum Spiritus eloquiorum, quæ nedum labiis, sed et corde vere in mysterio proferantur; eamque plane ob rem, non a tramento, sed Spiritu animo inscribantur. Precandi autem studium jugale nactus meditationi, indivulsum a Deo animum obtinebat. Quemadmodum enim corpus solitudinis cultu, animumque meditationis vi consecrare Deo satagebat, sic utique etiam mentem jugibus supplicationibus instans Spiritui copulabat.

Cum autem in his tribus, ratione scilicet, ira, ac cupiditate, hominis totus animus consideretur; atque ad rationem quidem, tanquam augustissimam spectet ut præsit ac dominetur, ad reliquas vero, ut huic ipsa pareant, atque ab ea regantur (hæc enim viri perfectio est) virtute perfunctus quæ cuique animi parti apta sit ac conveniens; inque his summa vir magna philosophia spectatus, temperantiam quidem cupiditati præscit, quæ scilicet nedum necessarii cibi, somnique partem maximam amputaret, sed et cunctis sensibus modos regulasque deflueret; pulchritudinis ac formæ cupidinem omnem aboleret, omneque rerum intereuntium ac caducarum desiderium necaret; membrum omne omnemque motum disciplina componeret ac comprimeret, mentique, quæ est præstantior, subiceret.

Rursus vero mansuetudinem iræ adversam instruit: in qua nimirum omnis ei animi amaritudo iræque impetus solveretur; solveretur autem blasphemia et clamor: ac quidem malitia omnis ac rancor (iræ scilicet mala germina) penitus evellerentur; velutque ex perfecta radice, ex tenuitate, omnis in eo benignitas atque probitas germinaret ac effloresceret.

⁶¹ Phil. iii, 13. ⁶² Matth. iv, 1: Luc. iv, 1. ⁶³ Matth. xi, 11. ⁶⁴ Luc. i, 76.

(2) Greg., orat. 38 et 42.

Modestiam autem (humilitatem vocant) ornatum optimum rationi imponit; in qua inanem omnem atque elatum animi sensum esset destructurus, omnemque altitudinem, extollentem se adversus præstantiorem scientiam, compressurus. Quemadmodum enim in hoc ratio constituta est, ut cupiditatis lasciviam temperantiæ vi, iræque inconsultum impetum lenitate retorqueat; sic quoque suum ipsa tumorem ac superbiam modestia castigans ac comprimens, piam se modestamque, ut Christo obediat, captivam addicit.

Sicut autem naturæ ipsa vi ac ratione lilio comes flagrantia est, sic et his virtutibus animi summa tranquillitas, cum quis illis perfunctus est. Tranquillitas, affectuum recessus, omnium ægritudinum, tum quæ animum, tum quæ corpus labe afficiunt, U evulsio ac interitus; beatus status, nullaque turba pulsatus ac molestia; angelorum vita, futuræ arripit beatitudinis.

Ad hanc cum evasisset divinus Gregorius, hancque septimum sui actionis vi ascensus gradum statuisset, illi deinceps optimum ac stabilissimum ternarium virtutum, fidem scilicet, spem ac charitatem, eam pulcherrimam coronidem imposuit. Fidem quidem, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam deitatem et potentiam, ac regnum; ore quidem sinceram confessionem, corde autem ac mente, comprobationem irrevocabilem assensumque. Spem vero, horum ipsorum, quæ nunc obscure tenuique umbra ex fide conspicimus ⁴⁶, perfectioris postmodum explicationis, id est, revelationis ac detectionis expectationem. Charitatem autem, supremum hujusce scalæ spiritualis ascensum: legis summam ac prophetarum ⁴⁷, vinculum perfectionis ⁴⁸, continuam, ac quam nullum dirimat medium, mentis propriæ cum Deo in Spiritu per Jesum Christum societatem atque compagem.

Hisce universis virtutibus, quæ actione ejusque gerantur cultu, eas, quæ mentis contemplatione consummationem habent, æquali numero attexuit; primum scilicet operationes, seu afflatus Spiritus, quos Spiritus septem Isaias nuncupavit. Hi nempe vere primoque in Christo requieverunt, orto illo ex radice Jesse ⁴⁹; secundo autem, illa, quæ ex eo est, societate ac commercio, tum in aliis qui sint D ejus participes, tum vel maxime etiam in eo quem laudamus; qui hos mente agat ac intelligat, quinimo illis agatur ac consummetur, mystice requiescunt.

Quinam igitur afflatus ac Spiritus? Priore quidem loco sapientiam ⁵⁰; quinimo ab inferioribus sursum versus ascendens, velut sapientiæ radicem ac principium, timorem Domini præjaciens, castum illum, ac qui teste Davide, permaneat in sæculum sæculi; eo confixus carnem ⁵¹, animum-

A que ac mentem circumseptus ac emundatus, ad divinæ Sapientiæ celsam evadit arcem.

Ad timorem autem, fortitudinem ac consilium assumens; prioris usi, nedum adversus affectus vitiaque, verum etiam dæmones robur indult, ac confirmatur. Nec vero contra hos solum, sed et contra ipsum principem potestatis aeris ⁵² convalescit: nec contra illum duntaxat, verum etiam contra ipsos dissidentiae filios ⁵³, nempe incredulos, qui ejus afflatu aguntur; quibuscum opportune certamen commissurus erat. Spiritu autem consilii non id solum scrutans quod privatim suisque rebus eoduceret, sed quod etiam omnibus ⁵⁴, aut plerisque foret utile; neque proprii voluntatem animi, sed Dominicam, summeque bonam atque perfectam, tanquam probus famulus explorans ⁵⁵, eamque imis mentis penetralibus formans, pravi consilii genus omne cavebat.

Pietatem dogmatum veritate ac morum rectitudine colebat: nempe ab omni turpi cogitatu, omnique profano sermone, ac alieno omni hæreticorum furo defæcate mundatus, in mentis vero novitate in Christo transformatus, ea plurimum promovebat atque præstabat.

Scientiæ autem, quæ sit intellectuum, id est, eorum quæ scientia noscuntur, tota quædam confertaque contuitio; uti etiam visio, eorum aspectus, quæ cerni oculis possunt; tantus ei cumulus copiaque accesserat, quanto etiam præ omnibus emundatus, ad angelicam contemplationem mente transmutabatur. Dum maris arenam, et guttas pluviae, diesque sæculi enumeraveris ⁵⁶, quam etiam sacra ejus eloquia intelligentiæ vim præstant ac secundo edunt germine, intellexeris. Sacra namque Scripturæ sensus, velut rosa in caliculo, dictionis obscuritate contactus erat. Is autem clare in spiritu explicans, suavique illius intelligentiæ fragrantia supra modum repletus, ea statim sacratissimam sapientiam sacratissimo nisu comprehendit.

Est igitur sapientia, illa quidem tum viva tum quæ per se est atque consistit, qui cum Patre ante sæcula Sermo est, ac cum eo una sempiternæ intelligitur: est vero etiam sapientia, qui de Sermonem sermones sunt; quorum vi Sermo, iis qui pietate colunt, sacra occultaque ratione conspicitur. Tanto autem Theologo illustrior clariorque incomprehensi comprehensio efficitur, quanto et perfectiore donatus intelligentia, eaque uberius pollens, cunctis quoque præstantius perfectiusque sapientiæ sermones ac doctrinam decerpit.

Sic spiritualis Israel (vere is videns Deum) virtutibus quæ actione geruntur, eas conserens, quæ contemplatione præstantur, inque scalæ modum, tanquam sapiens architectus alias aliis opponens

⁴⁶ I Cor. xiii, 12. ⁴⁷ Matth. xxii, 40. ⁴⁸ Coloss. iii, 4. ⁴⁹ Isa. xi, 1. ⁵⁰ Eccl. i, 16. ⁵¹ Psal. xviii, 10. ⁵² Ephes. ii, 2. ⁵³ Ephes. v, 6. ⁵⁴ I Cor. x, 33. ⁵⁵ Rom. xii 2. ⁵⁶ Eccl. i, 2.

atque committens, ac per eas ascensiones in corde disponens⁶⁶, menteque in ipsum directus cœlum, hunc plane postremum ascensum, mentis, rationis, seu Verbi ac Spiritus contemplationem disponit; quo scilicet ipsi clare, quæ scilicet huic innitur⁶⁷, cuius principatus Trinitas, copulatus est.

Mentem igitur, rationis seu Verbi, ac Spiritus auctorem efficacem, vivumque nullo anteriori auctore, arbitror illum intellexisse (3), hancque Paternæ essentia, quæ essentia omni superior est, typo accepisse. Rationem autem, seu Verbum, velut notionem atque conceptum, gignentis mentis naturæ accuratissimam expressionem ac simulacrum spectasse; rursusque Spiritum, qui mentem quidem auctorem ac principium habeat (4), velut aquæ fontis oculum; instar vero fluvii, per scaturiginem (rationem scilicet Verbumque) profluat; uti rationem Verbumque ad proles nativam cum gignente omni majorem essentia necessitudinem exemplo declarandam, sic ad divinæ processionis æqualem cum mente producente sub imagine reddendam dignitatem considerasse. Tantam scilicet magnus hic divinaque præclare sapientia fulgens animus contemplationis vi ac actionis conscendat speculam; ipsique divinissimæ ac principii menti, rationi seu Verbo, ac Spiritui, per mentem in ipso existentem, verbumque seu rationem, ac spiritum consuescens versansque, intemeratis supra modum affusis radiis replebatur; sacratio-
resque eas doctrinas ac initiationes nanciscebatur, quæ rationis vim omnem superarent.

At quisnam sacratoris illius doctrinæ modus? Præstat enim, puto, ut et illius, quoad nobis concessum, meminimus; ut quemadmodum reliquæ virtutis, sic et illius divinæ prædicationis atque doctrinæ formam habeamus. Quænam igitur sacratoris doctrina ac initiatio? Deus in tribus personis intelligitur. Deus, qui primum, solumque ac vere sit. Sit, non factus sit; tametsi id postea, circa Filium ac quam assumpsit humanitatem, obligit. Vivificans, non qui vivificetur; illuminans, non qui illuminetur; sanctitate imbuens, non qui imbuatur; principii finisque expers, æternus, essentia, vita, deitate superior; omnis essentia conditor, omnis potentia robur, omnis actus afflatusque effector; omnium, universe loquendo, eorum quæ sunt, intellectuum, utentium ratione, sensuum causas uniformiter ac completionem in seipso præhabens.

Nullisque adhuc rebus in naturam productis atque editis, erat lux vera ac prima, Pater luminum⁶⁸, ex quo ante sæcula Filius ac Verbum prima similiter veraque lux eximie effulget; incorporea,

A ex ea quæ vacat corpore; incomprehensa, ex ea quæ comprehendendi non potest; ignotaque, ex ea quæ altior notitia est. Solus enim Genitor, uti est, Natum cognoscit, solusque Natus Genitorem novit⁶⁹. Quemadmodum autem soli quidem radius comes individuus existit (siquidem quod est infinitum exemplis sollicitare decet, iisque de illo conicere), radio vero lux semper conjuncta est; sic Patri quidem Filius, Filio autem Spiritus Patris una comes adest. Ac sicut nunquam sol iste sine radio ac luce possit existere, ita neque ut Pater luminum absque Verbo ac Spiritu intelligatur unquam fiat. Ex illo namque tanquam ex radice quæ a se sit, primoque auctore ac originali totius augustissimæ deitatis orti, cœternam in illo existentiam nacti sunt.

Quemadmodum autem tribus facibus pari micatu in domo accensis, una quidem triam conspicitur lux, ita tamen ut sic uniformis subjectarum facium nihil distinctionem confundat, cum suis quodque propriis notis a compari differat ac seceratur: sic, cum una essentia, id est, deitas, in Patre et Filio et Spiritu sancto consideretur, quædam singulos consequuntur proprietates immobiles, quibus personarum trina distinctio inconfuse consistit.

Quænam igitur sunt proprietates? Nempe, ingenitum, nativitas, ac processio. Esse enim Patrem quidem ingenitum, quod nulli auctori ac principio subjiciatur; omnisque quicumque auctor ac principium intelligatur, vel dicatur, auctor existat omnino primus, prorsusque originalis. Genitum vero Filium, tanquam Verbum atque Sermonem, ex Patre nate natum. Processisse autem Spiritum sanctum, cum verum essentia paternæ defluviu. Esse autem sicut Filium paternæ formæ ac claritatis, sic plane etiam Spiritum Filii invariabile simulacrum (5). Nam quemadmodum mens, ejus qui in nobis internus sermo est, velut fons existit, eademque ipsa etiam sermonis qui ore profertur, ac sensum tangit, auctor est; verum conceptum quidem, velut sui vivum simulacrum mystice ac secreto gignit; conceptus vero rursus simulacrum, sermonem scilicet, profert ac edit: ita mens illa omni major cogitatu, primaque, quantum ex rebus exiguis licet quæ sunt maxima conicere, velut alium se, innatum, ac substantialem ante sæculum Sermonem, seu Verbum, gignit; velutque Sermonem alium, seu Verbum rursus Spiritum (Verbum scilicet virtutis suæ⁶⁹) proferens ac edens, in eo creaturam universam absolvit.

Trinitas igitur in Unitate; atque Unitas in Trinitate, declaratur id quod colimus: Trinitas, perso-

⁶⁶ Psal. LXXXIII, 6. ⁶⁷ Gen. XXVIII, 13. ⁶⁸ Jac. I, 17. ⁶⁹ Matth. XI, 27. ⁷⁰ Hebr. I, 3.

(3) Greg. oral. 13, p. 211.

(4) Orat. 37, p. 611.

(5) Ita fere Græci, non facile Latini, quibus Spi-

ritus vi originis formaliter non sit similis, etsi re ipsa est, uti et Deus.

nis, atque Unitas, essentia; immutabilis, pari sublimis honore, intemerata natura; eadem præfulgens claritate, eodem throno sedens: una voluntas, una operatio, eadem virtus; potestas, dominatio, regnum non divisum. Nullo enim modo quæ sunt ex ipsa (mente) ab ipsa differunt; quorum alteri quidem, ut gignatur, alteri, ut procedat auctor, existit.

Sic quidem igitur sanctus, Sancta sanctorum secretius doctus, quantum brevi sermone representare licet, defixaque huic theologiæ mentis acie, post eam ordine, quæ etiam ad creata spectant, divinas prædicationes aptavit. Haud vero abs re forsitan, ut et horum paucis, ex sacris illius eloquiis, meminerimus. Duplici enim mundo, ea quæ sunt, summa colligens (6), atque alterum quidem ejusmodi ut mente intelligatur, alterum ut sensu percipi possit; primum alterum, Dicoque familiarem, atque intelligendi vi præditum; secundum alterum, extraneumque a deitate, ac materia concretum, intelligens; utrumvis ab altero sapientissima ratione ac sensu discernit.

Etenim alterum quidem spiritalem, velutque essentia igneam ac deiformem (angelicas scilicet naturas, ac a corpore absolutas), alterum vero corporeum tum esse, tum sibi ipsum compactum partibusque connexum; qui nempe ex continente rerum hanc universitatem, ac elementis quatuor constat. Ad majoris autem sapientiæ specimen, ex contrariorum mixtione unum quoddam animal artificie ratione compegisse; ejusmodi scilicet, ut tum caro existat, tanquam ex materia e terra formatum; tumque spiritus, tanquam insufflatio, atque ejus similitudo qui illi insufflavit. Porro, totum concretum hoc, hominem existisse, mentis sensusque competentem; ut sensu quidem, his quæ sensilia sunt, mente vero, his quæ intellectilia tanquam familiaribus consuesceret.

Hunc, ut sacris proditum Litteris est, in paradiso collocatum esse immortalium plantarum, id est, divinorum sensorum spectatorem: nequissimi vero serpentis consiliis seductum, ac cum minus hactenus congruam importune speculationem attingisset, tum ab ipso conditore, tum a paradiso voluptatis extorrem merito ejectum esse. Inde vitam nullis molestam laboribus, extraque interitus aleam, sudoribus, ac laboribus, mortisque commutasse. Inde sermone, lege, iudiciis, prophetis, omni genere beneficiorum, omnique flagellorum periculo ferocientem, vixque tractabilem, quin desperatum omnino, ac insanabilem, eo adductus, ut primo indigeret auxilio, supremoque curandus esset remedio. In eo illud positum, ut ipse Deus Verbum, carnis expertus, carnis ergo ex virgineis sanguinibus carnem indueret; animæque intelligenti propter animam commisceretur; ac qua demum morte

A defungeretur, naturam interitu mortuam excitaret, atque ad divinioram vitam transferret.

Ejusmodi erant quæ Theologus hactenus in Ponto degens, philosophabatur. Hæc prius illic mente speculando contemplatus est; tumque postea sermone pro Theologi partibus dictavit. Atque hic ejus solitudinis, qua eremum co'uit, fructus est, quantum mihi equidem res ejus, ex ipsiusmet scriptis, saltem modice datum est prosequi.

B Totam igitur veterem totamque novam, qua nullus sagacitate tum antiquiorum, tum quos sequens protulit ætas, Scripturam meditatus; divinique cuiusque verbi ac vocis accuratam notitiam, primanique veritatis intelligentiam divino Spiritu præceptore sacratius edoctus; ac cum ita Dei paradisi fructu omni dulcissimo, honoreque omni cogitatu ac intellectu confertum, suum ipse animum reddidisset, revertitur; primum quidem sacris parentibus, qui ejus maxime cum spiritali, tum corporali ope indigerent, tumque etiam omnibus quibus esset animo constitutum ut pietatem colerent, in communem se utilitatem, iisque utendum, exponens.

C Ac sicut Petrus, Christi discipulorum præstantissimæ primitiæ ac coronis: atque universe deiformis omnis apostolorum chorus, tota primum sinceritate divinissimum summeque principem Jesum assectati, fideique doctrinæ navantes operam, omni quidem animi macula abstergebantur, omnique divinæ scientiæ luce replebantur; perfectiore autem postea Spiritus adventu exhibito, uberiorumque divinorum in eos afflatuum donorumque participationem nacti, sicque instructi, cunctis sospitatores gentibus mittebantur: haud secus hic quoque cum Domino Spiritu⁶¹ accensa primum fide inter solitudinis silentia versatus, ac cum scientiæ cultor, etiam contemplationi operam posuisset, omnemque prorsus vitii labem eloisset, ac divinam omnem illustrationem consecutus esset, perfectiore demum Spiritus afflatu, sic operatione donatus, atque ita, juxta divum Jacobum, sermone veritatis genitus, ipse quoque illorum more primitiæ quædam creaturarum Dei, missus est⁶².

D Qui primus homo conditus est, Dei imaginis, atque dexteræ gloriæ, ac paradisi consecutus delicias, quod per carnis libidinem, vita, quæ in spiritu est, exciderit, carnalis ortus auspex auctorque hominibus existit; vitæque angelica ac nulli obnoxia interitui per socordiam amissa atque projecta, ejus quæ affectibus mortisque interitui addicta est, parens inaudit. At Gregorius, primi quidem atque terreni prius gestans imaginem⁶³ (etenim homo erat), tumque eo abdicato, secundum postea atque coelestem Adamum induens; natusque atque perfectus secundum ejus imaginem (quippe præstantior homine) initium quoddam ac radix

⁶¹ I Cor. iii, 17. ⁶² Jac. i, 18. ⁶³ I Cor. xv, 39.

(6) Orat. 38 et 42.

spiritualis natiuitatis, ætatis suæ hominibus apparuit. Verbi enim Spiritusque potentia, ceu incontaminatam sementem pietatis, verbum cunctorum cordibus disseminans; ac velut imbribus, continuis illud sermonibus ac colloquiis nutrens consummansque, atque ad mensuram spiritualis ætatis prouebens; primum quidem, eorum qui carne genuissent, spiritu efficitur parens; exindeque etiam ad extraneos, mentis hanc, pulcherrimamque adoptionem supra modum ac latissime profert.

Ipsæ autem seipsum, omni dignum miraculo, ac longe absolutum virtutis exemplar proponens (7), primum quidem suæ in Pontum iugæ manifestas exiens affert rationes: quod nempe præclaro solitudinis afflatus amore, supernæque philosophiæ instinctus desiderio, urbanos tumultus declinaverit; ut se nimirum in ea, tanquam speculo nitidissimo, contemplatus, ac, quam prius per Spiritum divini sacerdotii unctionem nactus erat, perfectiore emundatione obsiguans, ratamque sibi ac firmam divini doni possessionem præstans, sic pure purissimo uti posset, ac ei consuescere. Tum sacerdotis ostendit dignitatem, ac qualem eum oporteat esse qui in episcopum præficiendus sit: quibus item rationibus præesse eum oporteat gregi utenti ratione, pulcherrime summaque philosophia sermone aliis tradens, ipse operibus, clarissimisque certaminibus implendo, fidem verbis addebat.

Quænam igitur opera? ac videamus num plurima ea faciendæ ac præmagnificæ. Et quid enim, quam Theologi animo ac fide digna? Primum quidem templi ornatum venustum ac mole ingens ejus cura atque diligentia excitatum (8), velutque aliud in terra cælum in cælis habitanti palam consecratum. Verum id, præ iis quæ ejus sunt, minus ad miraculum. Qui enim ipse se templum Deo dignum atque augustum virtutum cultu extruxerat, quid mirum plurimam patri operam contulisse, ut ex lapidibus sacram eam ædem ædificaret?

Deinde parentum honores: qui nempe verbis, qui ipsa præstandi re: pupillarum tutamina, viduarum præsidia, pauperum patrocinia, senum, ægrotorum, mendicorum hospitia; tum quæ solus ipse ac seorsim extruxit in patria; tum quibus extruendis sociam manum contulit amico ac sodali Basilio; nec solis operibus quæ sua erant fovendis ipse conferebat, sed et verbis exiniam adhortationis vim habentibus, saxea ipsa pectora ad pauperum ac mendicorum amorem suscitabat.

Ac quidem erga adversarios rebus ac verbis contraria studia; erga autem domesticos fidei opitulationes, gubernationes, non tam ad corpus, quam ad animum spectantes⁶⁶, cum ejus doctrina ac lege cuncti gubernarentur ac pascerentur⁶⁷. Nam Cæsario fratre jam vivis exempto, cum pater

A Nazianzenam sedem regendam suscepisset, annisque gravis, ac corpore morbis attrito, Ecclesiæ certo Dei consilio molestis rebus, seu inæqualitatibus ferendis impar esset, Gregorius illi cuncta erat, senectutis baculus, morborum curatio, ædificatio corporis, animi requies, solamen spiritus; ac quod potissimum omnium, sensuum animi custodia, ac successæ fidei emendatio.

Etenim ejusmodi aliquid ejus rationibus accidit. Quia enim Arianorum furor omnem propemodum terrarum orbem pervaserat; novaque adversus Trinitatis æqualitatem doctrina, ceu læs quædam, sive grangræna, per omnes provincias, urbesque grassabatur, ac tum imperatores, tum principes proceresque ac populos, quin etiam (quod dirissimum omnium) malos præsules sibi addixerat; quos vel eorum, qui rerum potiri videbantur, metus dejiceret, vel (quod mitissimum) ignorantia falleret. Quando scilicet videre erat dirui ecclesias, templa ablata, cruoribus fœdata, sacraque spoliata, sancta polluta, atque, ut proverbium est, illotis pedibus projecta ac conculcata. Quando qui sanæ rectæque fidei assertores, ac pietatis cultores in Ecclesia erant universi, suis ipsorum turpiter expellebantur, ac vel carceribus publicis, vel gravissima fame, aut acerrimis verberibus, aut longe plurimis variisque plagis ac dehonestamentis, aut durissimis exiliis, aut amarissimis, ut verbo dicam, cruciamentis ac molestiis tentati, extrema aditabant pericula, nisi impietati assensum præberent; atque ii quidem sponte urbibus demigrantes, desertaque ac solitudines ultro petentes, cum bestiis ratione carentibus exerceri ad pietatem malebant, quam habitare cum iis⁶⁸, qui loqui in excelso blasphemiam temere audebant. Quotquot autem contrariæ opinionis erant, ac se impietati addixerant, ecclesias obtinentes, easque velut suæ ipsorum hujus nequitiam munita quædam præsidia existimantes, inde in eos qui pietatem colere statuissent irrumpentes, eos disperdebant.

Tunc plane, tunc quoque in magi Gregorii patriam, velut aquarum vehemens impetus hæreseos scelus erumpens, quotquot leves invenit ac debiles, abripuit utique ac dissolvit (ubi et patrem fama est, mentis simplicitate delusum, litteris, non animo, ut nequissimis assensum daret, adductum esse [9]), quotquot vero Gregorii theologiæ ac fidei petreæ firmo fundamento hæserant, nihil hæretica vi ac injuria labefactati emotique permanserunt.

Noëmus itaque olim, cum suæ ætatis scelerata gente ipse criminis expertem communem vitam agens, inventa gratia apud Deum, futurum aquarum illuvie mundi docetur exitium: quin et modum docetur, quo a malis liberandus sit: exque lignis affabre compacta arca, atque in eam cunctis simul

⁶⁶ Gal. vi, 8. ⁶⁷ I Cor. xii, 28. ⁶⁸ Psal. lxxii, 8.

(7) Id totum orat. 1.

(8) Orat. 19, p. 313.

(9) Greg. orat. 19, p. 297.

animalium inductis seminibus, uxoreque ac filiis ca-
 lnelosis, in eum modum cœlestes cataractas ac
 abyssi aquarum fontes, semen ipse ac primitiæ
 sæculi sequentis servatus, evasit. At Gregorius
 hærescon prævidens spiritale diluvium, tanto illud
 Noemi diluvio gravius, quanto animabus interitum
 parere ad nocendum majus, quam labem corpo-
 ribus inferre; suamque ipse Ecclesiam arcam
 fabricans, atque eam arcanis doctrinis recteque
 fidei documentis communiens; nec eos solum qui
 generis necessitudine contingebant, sed et qui alic-
 nigenæ videbantur (quos nempe omnes Dei prote-
 gens dextera adduxisset), perquam alacriter lubens-
 que recipiens, edulisque eos ac suavissimis Trini-
 tate luenda sermonibus nutriens, ab omni illæsos
 animi diluvio servat.

At quidem ille (Noemus scilicet) sui unius, ut
 videtur, rem agens, suæque duntaxat spectans, in
 octo solum maxima conjunctis necessitudine ani-
 mabus salutem paravit: hic autem, in multorum,
 quam in suam ipse salutem affectu propensior; ac
 cum eum non minor eorum cura tangeret, qui se
 abscindebant, quam qui accedebant ac adjugebantur;
 paterno quidem sermonis delicto sermonis vi,
 ac spiritus rectæque fidei abundantia oblecto, ac
 quidquid illius ergo offensionis inciderat, sublato,
 nec non sermonibus ad pacem decentibus tantisper
 effrenem æmulationem delinens, discordes patri
 conciliat animos; magnoque ac concordie tenaci
 Ecclesie cœtui sincera veraque fidei confessione
 devinciens, populum Domino peculiarem, sectato-
 rem bonorum operum⁶⁷, pastoris solertia saluum
 recepit.

Quibus igitur, is, qui spiritali ratione ab animi
 ocitio liberat, illi præstet, qui a corporis labe; qui
 multitudinem numero majorem, illi, qui paucas
 animas salute donat; his Gregorius Noemi clarita-
 tatem obscuraverit. Enimvero quid iis quæ illius
 minora sunt, immorans, orationem protrahere
 videor, cum operæ pretium sit ut ad majora illius
 mirabilia transeamus, gestisque perfectioribus per-
 fectionem ipsum ostendamus?

Sanctificatos quidem sanctissimo sanctos ante-
 quam nascerentur, uti et peccatores alienatos a
 vulva⁶⁸, verissime divino Spiritu testante comper-
 tum est; omnium enim, tum quæ facta sunt, tum
 quæ fiunt, similiter inoffensam, certissimamque ac
 firmissimam apud eum esse notitiam. Alii itaque ad
 aliud divinæ voluntatis propensum consilium, aut
 gentis præfecturam, legemque ferendam; aut populi
 regimen, aut sacerdotii apicem, aut visionem pro-
 pheticam, aut portentosam operationem, aut apo-
 stolicam gratiam; aut martyrii certamen; aut (ut
 verbo dicam) spiritale ministerium prædestinati,

⁶⁷ Tit. II, 14. ⁶⁸ Jer. I, 5; Isa. XLIV, 2; Psal. LVII, 4.

(10) Concil. Chalced. can. 6. Μηδὲνα ἀπολελυ-
 μένω; χειροτονεῖσθαι.

(11) Orat. 20, p. 556

A rato singuli ac congruo tempore, quod cujusque
 functionis est, implent ac præstant. Gregorius au-
 tem cui suprema credita theologia foret; atque ad
 personarum Trinitatem, ac Dicitatis unitatem
 universo orbi prædicationis luminibus infe-
 rendam, missus esset, tametsi corporis ratione
 intra brevis loci erat definitus angustias; emissis
 præmagnifice toto mundo theologiæ radiis, alios ad
 lumen vitæ attrahebat; quotquot scilicet potioris
 rationis ac pietatis erant; alios tenebris, dubi-
 tatione (non sua ipse indole ac proposito, sed
 illorum animi pravitate; quotquot nimirum erant
 hæreticæ labis) implebat.

Porro etiam illum episcopali consummari myste-
 rio decebat. Par namque videbatur, ut qui nedum
 episcopalem, sed et apostolicum, operum merito,
 ordinem explebat, omnino quoque ordinationibus
 sacris perficeretur. Operæ pretium autem erat id,
 non profanorum opera, sed sanctorum; neque
 per eos qui indigni instituto essent, qui et deitatem
 damnanda temeritate in tres alias aliis extraneas
 contrarietates scinderent, sed per eos qui gratiæ
 fidelissimi dispensatores, ac Trinitatis verissimi mi-
 nistri essent. Qui autem ejusmodi essent nulli
 tunc, exceptis Gregorio, illius patre, ac Basilio, illic
 existebant; quorum alter filium pari secum nomine,
 iisdemque præditum moribus alacri animo episco-
 pum designat; alter autem, cum jam Ecclesie Cæ-
 sariensis credita gubernacula accepisset, sacro ritu
 C initiat atque ordinat; additque spiritum spiritui,
 ac donum adjungit dono. Quin potius, illi quidem,
 quantum oculis conspicuum erat, sacris symbolis
 initiavit ac perficiunt: Spiritus autem qui proprium
 olim defensorem noverat, in eo perfectus manserat.
 Ac illi quidem, quod ordinatum certæ omnino cui-
 dam civitati ac regioni, ex sacrorum canonum in-
 stituto (10) nuncupari, ejusque designari titulo
 oportebat, præterito solo angustæque præficiunt pa-
 rœciæ, ne quidem hominum habitationi, nedum ut
 episcopali sedi sufficeret, satis commodæ, velut puto,
 qui doctrinæ vi, quod loci genio deerat, posset adim-
 plere (11).

Verum Spiritus sanctus, diviniore, ut videtur,
 propensa consilii ratione, nec eorum ejusmodi co-
 natum inhibuit, nec ut ille ad majores hactenus
 infulas sedemque eligeretur constituit. Siquidem
 enim vetustæ Ecclesie, ac digniori datus episcopus
 esset, necesse forsitan erat ut illi fixus, haud inde
 transferri facile posset; ecclesiastica scilicet re-
 gula translationum id genus prohibente (12); atque
 adeo futurum erat ut urbium præstantissima, præ-
 stantissimi sui tum episcopi, tum pastoris jacturam
 incurreret.

Denique, sacræ quidem initiationis (etsi id quo-

(12) Conc. Nicæn. can. 13, conc. Antioch.,
 can. 20.

que vi ; erat enim si quis mortalium quam maxi-
me a fastu alienus ; sic tamen quasi præhente
Altissimi dextera) summi que sacerdotii sumpta
tessera ; ac cum Spiritu duce, ad quod eum gratia
opus segregaret, exploratum haberet, omnino qui-
dam Sasimorum abdicavit paræciam ; sacrorum
autem hactenus parentum pie cultu defungens,
paternumque gregem pastoralis solertiæ sermoni-
bus, ac operibus componens ; velutque prævia qua-
dam exercitatione, ac præludio patriæ episcopatu
usus, sese urbis Augustæ ; quin et orbis, præfec-
turæ aptabat ; supernæque perfectionis arrhabone
suscepto, ad eam festinantem præferebat : ac pia
longanimitate, divinas promissiones recipiebat.

Abrahamus quidem patriarcharum clarissimus,
tribus viris Trinitatis typo hospitio susceptis⁶⁹ ; imo
cum trium virorum forma Trinitatem venientem
sub quercu refrigeraret, humaniusque exciperet,
benedictiones a Deo consequitur : hospitii que illius
præmio, optatissimam refert promissionem. Quæ-
nam vero promissio ? Nempe Sarræ supra spem
omnem, ætate inque proles susceptio ; seminis ea
multitudine diffusio, ut stellas cœli æquet ; terræ
optimæ hæreditas ac possessio. Illic autem, non
tribus viris, sed deitatis tribus personis ; neque
Trinitatis figura, sed ipsa vere suscepta Trinitate ;
neque ea quæ semel hospes venerit, sed quæ sem-
per abstrusissima ratione adesset ; non irrationabi-
libus cibus, sed vivis sermonibus, verisque animi
sensus, ac rationibus, ipsaque vere dignis Trinitate,
magnifice, ambitioseque illam convivio accipit ;
nec sub arboris umbra refrigerat, sed sub eximiorum
sensorum alto recreat ; melioresque ac certissimas
promissiones consequitur. Liberos enim multipli-
catorum, non carnalium, sed spiritualium ; neque stel-
lis in aspectum cadentibus, sed quæ mente intelligun-
tur, tum multitudinæ, tum decore quam similium ;
nec terræ ejus, quam sceleratæ gentes aliæ, aliæque
subinde calcarent, sed quæ milium⁷⁰ propria est
(cœlestis, inquam) possidendæ verissimas recipit
promissiones.

Ac quidem Abrahamus postea unigenitum primo-
genitumque, de quo facta promissio erat, cum ten-
taretur ut super uno montium victimam offerret⁷¹,
haud præceptum distulit, haud rem aggredi dubi-
tavit ; haud obstupuit, quin manum, atque gla-
dium (o animi magnitudinem, imo insignem pieta-
tis vim, ac religionem !) charissimi jugulo infer-
ret ; tametsi novo illo ac insolito sacrificio inhibi-
tus est, ariete statim cornibus devincto, qui victi-
mæ utentis ratione locum expleret. Gregorius au-
tem, tum altari admotus est, tum paternis initiatus
manibus integra victima, ac novæ sacerdos victi-
mæ sacerdotii initiatione oblatus. Nec a patre dun-
taxat, sed longe prius a teneris annis ipse se offe-
rens, non super uno aliquo ex iis montibus qui ocu-

lis cernuntur, moleque a terra assurgunt ; sed in
sacræ imperturbationis alto culmine ; cumque se
ipse magni primique pontificis manibus præbuisset,
non Isaaci more dimittitur, sed in duo secatur, vita
scilicet, quæ ad carnem spectat, tota emortuus ;
solaque ea quæ in spiritu est, vivus ; ac terrena
quidem hæreditate, tanquam fluxa ac caduca ex-
cedens ; ad supernam autem, ac stabilem, muni-
cipatum vitæ rationes transferens, filiorumque
promissionis pulcherrimæ primitiæ, ac nobilissi-
mæ existens.

Nam quis præ illo, sicque se intelligentiæ vi
præditum, opimumque holocaustum, primæ illi
menti, Deoque pro intelligentissima illa ac spiri-
tali ara obtulit ? Quis vero sic victima utente ratio-
ne, ac immaculata omnium gratia immolatæ ra-
tioni, Verboque fecit ? Quis ita hostiam viventem,
sanctam, beneplacentem corpus suum, ac spiri-
tum, Domino Spiritui exhibuit⁷² ? Quis ita prius
tum carne, tum animo sanctitate imbutus, exinde
sanctitatis sacerdos, ac administer effectus est ?
Quis supremam ante nactus adoptionem, sic aliis
Patri spirituum⁷³ adoptandis conciliator ascitus est ?

Quodnam pastoralis solertiæ genus ; quodnam
virtutis vegeta actione non obiit specimen ? Quid
est, quod divinæ prædicationis sermonibus non
clarissime detexerit ? ut in eo majorem sermo,
atque doctrina præ actione admirationem habeat ;
quinimo actio præ sermone, atque doctrina majori
admiratione rapiat. Quis ita sermone clarus gra-
visque ; sic distinctus, atque elegans, ornatusque ;
sic verax ac perspicuus, ut videri, quam audiri
potius videatur, quidquid loquitur ; id est, pro
Theologi partibus de Deo exsequitur ? Imo quis ita
Deo afflatus, atque gratiæ conditus salibus ; ut om-
nem vitii, potentissimæque hæreseos exsiccat
tabem ; quidquid vero humanis moribus disso-
lutum, molliusque inest, atque diffuens, ad mentis
constantiam, sanarumque rationum transferat firmi-
tatem ?

Quis præ illo (dummodo principem illum pasto-
rum⁷⁴ excipias) magisque bonus Pastor, qui ser-
monis fistula ad bona pascua educat⁷⁵, inque bonas
atque utiles caulas inducat ? Quis sic probus, ac
industrius, ut gregem tum impinguare noverit,
tum copia augere ; ac quam procul a luporum feri-
tate incolumem servare ?

Jacobus quidem ille Isaaci filius suavissimis pa-
trem accipiens dapibus⁷⁶, ejus in se benedictionem
fratri prælatus attraxit. Tum Esau cædem spiran-
tis invidiam fugiens⁷⁷, faustis usus insomniis, quæ
ad scalam in cœlum protensam spectarent, pro-
spereque deductus itinere, ac se maternis laribus
inferens, Labani filiarum causa labores desudat⁷⁸ ;
desudat vero curando pecori, ac sibi vindican-
do ; tribusque in canalium alveis virgis apposi-

⁶⁹ Gen. xviii, 1 seqq. ⁷⁰ Matth. v, 4. ⁷¹ Gen. xxii, 1. ⁷² Rom. xii, 1 ; I Cor. iii, 17. ⁷³ Hebr. xii, 9.
⁷⁴ I Petr. v, 4. ⁷⁵ Joan. xi, 14. ⁷⁶ Gen. xxvii, 4. ⁷⁷ Gen. xxviii, 1. ⁷⁸ Gen. xxix, 1.

lis⁷⁹, ac sub eorum colore variante aspectum oves ad coitum emittens, plures maculosas facit, quam quæ nullis erant distinctæ maculis: hisque artibus deluso Syro, ac cum solerter sibi parasset substantiam, ita cum uxoribus ac liberis ab eo fugit; Deique copiis, ac turmis occurrit. Ad hæc cum Deo, qui apparuerat, conserta pugna, cujus etiam nutu mutata appellatione Israelis nomen accepit, cunctis liberatus molestiis, in paternam alacris domum rediit.

Quid vero Gregorius? Nonne optimis Theologiæ dogmatis divinum accipiebat Numen; presbyterumque etiam illi invisum funestum Arium gloria superans, divinarum decus benedictionum privilegio accepit? Nonne hic quoque illius crudelitatem fugiens, ad maternam domum, apostolicam scilicet Ecclesiam commigravit? Nonne scalam e terra in cælum, fastigiata, ac quæ virtutibus fabricaretur, prius aspexit? Nonne per eam, Dei qui illi innitebatur, angelorumque in ea ascendentium ac descendentium doctus est contemplationem? Quin hic quoque labores desudat, at non ita ut mulierum venustate tabescat; non ejus gratia pulchritudinis, quæ ad horam floret; quæ ad modicum delectat, citiusque evanescit; neque apud Labanum, sed ejus nepotem Moysen: laborat autem, ut duarum ejus filiarum, veteris scilicet novique Testamenti, notitiam perfectam nanciscatur. Ac plane illarum compos efficitur; primum quidem senioris; exinde autem junioris. Sic enim forte par erat, ut cum legis prius littera, ac tum cum spiritu, societate jungeretur. Par erat, ut veteris Scripturæ sensum facilem, ac expeditum, nec admodum pulchrum aspectu, atque venustum vere primum coleret; sicque in eo alte latentem, inque gratiæ Evangelio manifeste proditam, formosam illam ac elegantem rationem (Dei scilicet Verbi incarnationis contemplationem) clare pernosceret, ac diligeret, inque ejus amplexus animi proposito rueret.

His utique duobus testamentis tanquam veris usus conjugibus, filios patri multiplicat. Animi parturigiium in spiritu, Dei promissionum hæredes, liberos procreat. Nec id tantum cura intenta agit, ut suscipiat liberos, sublimiores scilicet ac spirituales; sed ut etiam mancipia acquirat; nimirum corpori viciniore ac humiliores. His enim ille pro sui ratione spirituales sibi ac immortales divitias parat. Nam ipse quoque, paucis admodum ac brevi numero creditis, solertiaque ac labore in amplam grege provento sobolem; non omnes mercedis loco datos qui revertenti in paternam domum una comites essent, sed electos duntaxat; nec qui nota carerent, sed qui essent insigniti, in divinas subductos rationes, atque illius signatos thesauris intelligens; quidnam molitur? Quin potius quem in sensum provehitur, illius ductu qui

A non in somnis, sed ipsa vigilia, quæ e re essent ac conducerent, quotidie submonstraret?

Trium illarum loco virgarum, tribus Deitatis personis in Ecclesiis sermone propositis (has namque palam figurabant canalium alvei), hortansque ad eas animum attendentes pietate fetum uterum gestarent, optimæ contemplationis optimam rationem, salubrem rationem ut eniterentur, præstabat; quo ad supernas caulas, bono illo Pastore, summeque provido submitte, transirent.

B Omnis generis terrenas facultates, quas illi sapientia, virtusque paraverat, sumens; atque hactenus fidei ope, non ipsa specie angelicarum Potestatum castris humanissime acceptus, id est stipatus; ac cum Deo homine in spiritu congressus, mensque vere Deum videns nedum nuncupatus, verum etiam factus, per illum ad superna atque paterna tabernacula tuto commeavit.

C Hoc Theologo sapientiæ ac prudentiæ efficitur specimen. Virilis hoc animi, fortisque præludio, rem adversus hæreticos strenue gerendam fauste auspiciatus, ita se ad perfectiora aspectuque ipso terribilia certamina accingit. Ac sicut pugnacissimi athletæ, non a primo statim experimento fortioribus adversariis congregiuntur; sed ante pugna cum iis qui debiliores sunt tyrocinio quodam eruditi, majoribusque abunde luctaminibus instituti, ita demum ut cum potentioribus vires contendant, in arenam descendunt. Ad eundem etiam fere modum Gregorius, primum in patria cum impiis congressus, rationisque adversus eos lucta, ac victoriis fortis pugilis lacertos, ac multiplicem experientiam adeptus; deinque parentibus felici vitæ exitu consummatis, cum laudatorio sermone, tum justis legitimis perfunctus; paternoque grege velut in tuta mandra sua ipsius theologia communito, atque pastorum Principi in manus relicto, ipse se ad graviora sermonis causa, atque doctrinæ pericula expedit. Ad velut qui in modico fidelis probatus esset, ad multorum se curam parat. Relictaque Nazianzo, recta ad urbem Augustam iter contendit. Id vero temporis, ingens eam, gravisque hæreseon caligo invaserat atque opplebat; quæ scilicet, tum aliæ aliis compugnarent, tum veritati infensa vehementius acie ingruerent. Sic enim fere comparatum est, ut vitium atque pravitas, nedum virtuti, sed et sibi ipsa acriter adversetur. His autem qui rectam tenebant fidem atrox procella incumbebat; immensaque undique offusa anxietas, ac consilii inopia erat, cum neminem tuenda doctrina certaminis ducem ac defensorem haberent.

D Igitur videre erat velut ingenti immensaque voragine exporrecto pelago ventos sese alios aliis immani impetu collidentes. Hi nempe lenioribus primum auris afflant, versantque ac circumagunt, paulatim procellam attollentes, ita tamen, ut necdum impactos stridentes fluctus dirumpant. Tum

⁷⁹ Gen. xxx, 37.

repente turbinis instar utrinque alii aliis ingruen-
tes, atque collisi intoleranda flatuum vi mare tum
inflant, tumque diffringunt; assurgente procella
ac desidente, interceptisque navibus pariter in al-
tum sublatis, inoque depressis, atque fluctuum
immanitate, æstusque submersis.

Similis quædam tum tempestas Constantini ur-
bem invaserat; nequissimis scilicet spiritibus,
adversantes linguas, ac mentes alias aliis commit-
tentibus; ac cum omnes loquendi immensa pruri-
gine, ac libidine, pronisque molitionibus litibus alii
alios diffringere, ac pessumdare superbe conniteban-
tur: si quæ vero pars rectæ fidei addicta in tanta
hominum turba reliqua erat, eam vero opprimere
ac perditionis alto mergere contendebant.

Nam alii quidem Sabellii Libys confusione sus-
cepta, nimiaque conjunctione, velutque concretio-
ne; nec, quanta par erat, discretione inconsulte
usi, Patrem, Filium, ac Spiritum sanctum, nomine
tenus honorant; quæ autem his significantur, pro-
bro habent, nudasque hæc nuncupationes arbitrari,
ac quæ nec vere existant, inconsistentem re ipsa
atque inanem, Judaica singularis principatus opi-
nionem, ac impietate, sibi fidem contingunt. Alii
Arii dementiæ astipulantes, exque diametro, iis,
quos dicebam, pugnantem sententiam, pari tamen
impietate proveci; quibus illi concretione, hi divi-
sione Impii, recti metas excedunt.

Quomodo enim priores, qui unam deitatis
tum naturam sentiant, tum personam, procul a
veritate exerrant; sic et secundi, qui præter ternas
personas, etiam naturæ divisionem, Græcorum er-
rore ac impietate inducant; alienos a Patre effi-
ciunt, qui sunt ex ipso; quin et ipsos inter se alie-
nos pronuntiant: imparibus scilicet, prorsusque
indignis deitate gradibus, Filium Patri submitten-
tes; ac Spiritus gloriam Filii claritate minorem,
destruentes; quin potius ipsi se una ac singulari
deitate longe abdicantes, extraneis atque absonis
opinionibus alii in alios merito incitantur.

Eos enim, qui a medio exerraverant, atque a re-
gia declinaverant (in qua uti virtus omnis, sic et
inculpata puraque consistit, ac spectatur fides)
omnino par erat, excessibus ac defectibus inhæ-
rentes, in nimietatis scirtes incurrere; postremoque
in contrarietatem dissidio, inimicitiasque proce-
pere. Idque adeo quemadmodum istis, in iis quæ
ad triam Deitatem spectant, ita rursus aliis, in iis
quæ ad Dei Verbi incarnationem, aiunt accidisse:
cum nempe alii ex Christo duplici natura duos sibi
Filios inducendos sentirent; alii in unam eum na-
turam ex una personæ ratione cogere: cum par
esset illic pariter, atque hic honesti terminis insi-
stentes, tum simul dispescere, tum connectere ac

velut conflare; alterum numero, atque alterum na-
turæ ratione.

Nam excessus quidem, defectui; defectus adver-
satur excessui: ambo autem immoderatio sunt, ac
improportio, velutque unum accepta vitium, cum
ea, quæ ex recta mediocritatis ratione moderatio
ac proportio consistit, velut cum virtute pugnant.
In eum modum perversa opinio, nedum ut recte
adversetur, sed ut etiam pravæ contraria sit, ex
natura habet. Il igitur, in ea prolapsi absurda, tum
cum aliis alii, tum cum veritate congregiebantur.

In his erant, qui Filio quidem, naturæ cum Patre
conjunctionem indulgebant; Spiritum vero, quem
a Patris, ac Filii divinitate alienum sentiebant, li-
berum alii, alii etiam servum blasphemia dictitare
audebant. Aliud hoc pravæ opinionis genus. Apolli-
narii enim Syri, quidam aliud vocem amentiam?
qui scilicet doceret accepisse quidam Verbum car-
nem; eam tamen animo ac mente carere dementer
assereret.

His utique, aliisque quamplurimis, ac deterrimis
opinionibus, ceu sævis procellis immans quantum
fluctuanti urbi Augustæ, velut quis optimus guber-
nator admirandus hic Gregorius a Deo, eoque au-
spice, incumbit. Ac sicut prius Dominus Jesus
discipulis, pelago nocte navi conflictantibus; factus
conspicuus, suo statim adventu tumentes compri-
mit fluctus; ventosque increpans, procellam in
tranquillitatem convertit⁶⁰: sic verus re ipsa di-
scipulus, ac, quoad licet, imitator strenuus, cum
illo pariter, iis, qui spiritali tempestate jaclabantur,
apparens, procellæ præcipit, atque in auram⁶¹,
ejus fluctibus silentibus, statuit.

At quomodo id modo? Hic mihi narrationis vernat
amabilis conspectus. Ingreditur Byzantium, non
sate litum agmen adducens, sed virtutibus circum-
stipantibus. Non aurum, non argentum, non æs in
zona habens; sed fide, spe, ac charitate, velut
mundo præstantiore quam pro mundi ipsa ratione
redimitus. Non pretiosas vestes, non mulorum
convehendis sarcinis multitudinem; non aliud
quidquam, vel exiguum, vel magnum, iis ex rebus
quas comportare moris est viris luxu magnificis, ac
carnis curam agentibus, inferens; sed Jesu sapien-
tiam ac tenuitatem; cultumque apostolis parcita-
tem, nudamque ac simplicem ad Evangelium (et,
ut ita dicam) imparatam præparationem.

Sic igitur, eoque adveniens apparatu, qualis eum
decebat, cui concredita apostolica functio esset;
primum quidem apud quosdam necessitudine, quæ
secundum spiritum est, conjunctos, hospes agit:
id autem ad magnæ Anastasiæ (13) exiguæ domus
proximas ædes. Una hæc, quod vili forsansche-
matè, peneque inutilis videretur, hæreticis neglecta.

⁶⁰ Psal. cvi, 29.

(13) Hanc ipse Nicetas egregio laudat encomio:
nempe seniore ac seniore Roma ortam, nec nisi

æde illic sacra ac cultu Byzantinam; quo etiam
modo auctor vocat suam.

fideliū, ac pietatis cultorum exiguo cœtui addicta manserat. Anastasiæ, inquam, illius illustris, ac nostræ; virginis corpore, virginis spiritu ac mente. Anastasiæ quæ olim jam ingens adversus diabolū eximio martyrii agone erecto tropæo, majorem adversus diversas hæreses Theologi opera subinde triumphum revexerit; nempe expugnatis quotquot contentiosiores erant, ac clarissima Orthodoxis asserata victoria.

Etenim exterius aspectabili specie, aspectabili ejus templo (tum quidem invenusto ac exiguo; per ipsum autem decore aucto, ac magnitudine: ipso scilicet quod nunc Theologi nuncupationem sortitum est) insistens antistes; interius autem in aspectabili mentis habitu, ipsi perspicue resurrectioni Christo per Anastasiam incumbens, in ea suos vacillantes lulcit, contractos erigit, nutantes confirmat; ac cum persecutoribus grassantibus vix spirantes invenisset, vitali actu ac potentia adimplet. Recto enim sermone atque doctrina tanquam verrissimo tritico bonorum animos esurientes replet; mundissimoque inculpatæ theologiæ pane, longa fame tabescentia pectora cibo recreat.

Josephus quidem ille beatus, fraterna invidia Ægyptiis venditus⁸¹, nec heræ impudicæ præstigiis delusus; sed carcere munito castitatis causa circumseptus; visa somnia solerter dextreque interpretatus, Ægypti universæ princeps, frumentique largitor atque nutritor, nedum unius Ægypti, sed et jam exterorum, inaudiit. Gregorius autem, non ex fraterna invidia, sed Magni Basilii, fideique per-necessariorum hortamentis cedens; quinimo impensoris providentiæ consiliis adductus, non abscelerata hera tentata pudicitia; palam vero hæreticorum maligne agentium insidiis appetitus, instarque carcerum instructos eorum dolos varios, ac machinamenta incidens, sapientiæque doctrina potioris contritos venantium laqueos effugiens, non unam provinciam, aut urbem; sed per unam, quæ sub cœlo sunt universas, beneficio impartire monstratur.

Ille igitur ejus cibi qui perit; hic ejus qui manet in vitam æternam, dispensator ostenditur, arbiterque magnificus. Atque ille quidem, non corporalis solum, sed et temporaneæ annonæ; idque adeo eum frumenta pretio venderet; hic autem, non solum spiritualis, ac quæ contineat animos; sed et in sæculum largus conviva enitet; uberrimumque, ac sine pretio pulchre esurientibus convivium propositus est. Quanto igitur mens sensu nobilior, tanto hujus illa frumenti distributio, præ illius præstantior, ut mea fert opinio, his, quibus sanæ sint animi rationes, facile judicabitur.

Verum erga quidem domesticos fidei ac necessarios talis cum esset divinus Gregorius, talis semper ad eos habuit: qualis vero etiam erga adversarios enituerit; in quam multos veritatis causa

labores ac pericula inciderit; quantis Trinitatis causa certaminibus perfunctus sit, quam, quæso, sermonis vi repræsentaverim? Quomodo præcipuum quiddam dixerim, nec ita procul consecranda veritate iverim? Quomodo illius res omnes tentans enarrare, non fastidio gravem orationem reddiderim; aut quomodo pleraque volens omittere, non ingenti auditores damno affecerim? Illius plane necessaria vox, atque sententia, ut multa paucis exhibeantur. Illius namque hoc partium, atque indolis, uti sic magnifice atque strenue decertare, ita et certaminum magnificentiam sermonis magnificentia exhibere.

Cum jam igitur pessimi dæmones Græcanica incantatione, ac errore, impuris que sacris, ac omni impietate, divinorum apostolorum munere, ac triumphalibus præliis martyrum, cessissent; sublataque idolorum nefarii cultus caligine, ac vera fidei luce rectum omnem animum collustrante cum deinceps extraneorum opera pietatis cultores bello fatigare non possent, ipsos secum invicem Christianos concitantes; quinimo quidquid in nobis debilius erat errore abducentes, corruptisque sermonibus adversus eos qui præcipua pietate fulgebant instruentes, acri lite, pugnacissimaque excita contentione, alios aliis committunt; fraudeque usi ac audacia, partim quidem suasoriæ orationis artificio rationibus simpliciores dicto sibi audientes reddunt; partim vero imbecillioribus ingruentes, metuque procacitatis perterrentes, impio ipsorum sensui eos submittere conantur.

Quid igitur vir in divinis versatissimus, accuratissimæque Theologiæ infracta columna ac immobilis? Num nequissimorum pravitate minor apparuit? aut eorum omnino grassantium vi cessit? aut quid modicum pietate remisit? aut illius causa mediocria pericula adivit? Haudquaquam; sed eorum audaciæ, prudentiam opponens; calliditati, vafrisque consiliis, animi præsentiam ac fiduciam; quin potius, fortitudinem adversus audaciam ac temeritatem; prudentiamque adversus calliditatem ac vafritiem educens; universimque adeo virtutem, adversus eorum totam pravitatem infesta acie instruens; sic omnino fudit, fugavitque, ac perexpugnavit, ut potius semitam navis mare secantis, aut serpentis vias super petram, aut volantium aquilarum vestigium⁸², ut habet paræmia, videas, quam illorum impietatis sæculo relicta vestigia deprehendas.

Nam illi quidem unum id opus erat ac studium, ut mendacii quidem vim infringeret; veritatem autem propugnaret; atque ut a scelestissimorum dissimilitudine quam alienissimus foret, consubstantialitatis autem opiūioni omnino adhæreret. His autem ut ex animo eam excutientes, suo ipsorum errori insisterent; ac quidem veritatis præconi, ut cunctos boni socios pro bonitatis indole habere

⁸¹ Gen. xxxvi, 28. ⁸² Prov. xxx, 19.

percuperet; mendacii autem patronis, ut tanquam A perduelle, hosteque uterentur; ac tum illi necem inferre, tum quam docebat rectam fidem, extinguere tentarent. Quem enim animum absurdæ rationes, aut actiones occupato addixerint, sicque comparatus est ut qua tenetur præsumptione liberari nolit, tanquam infensus reformidat, si qui mendare tentaverint; reprehensionemque vilicis loco, ac plagæ ducens, amarum crudelissimumque animi consilio adversus arguentem exsuscitat atque instruit.

Ac quidem Theologo, divinæ prædicationis sermones prætendebantur; nempe sermones ejusmodi, qui nedum ad veram salubremque Trinitatis fidem proveherent, sed qui etiam Christi charitati per mandatorum observationem (quibus salus ac justitia provenire creditur) adjungerent. Ad hæc, carnis illi culta mortificatio, jugisque oratio, qua animi summa plenaque emundatio; ex qua mentis in Dominum excessus⁸⁴, diviniorum illustrationum perceptio, cœlestium splendorum societas; ac demum potiorum votorum adimpletio; quibus Dei verus homo absolutus, ac qui mentis renovatione Christi similitudine quoto quoque die transformatur, non vitæ minus deitate ac magnificentia, quam sermonis atque doctrinæ illustri claritate, iis qui salute digni sunt, salutis existit præsidio; Arianis autem, ac qui illis adjutores atque socii erant (porro erant adjutores consciscenda Sancto nece hæreticorum omnis cuneus; novit enim haud raro vitium vitio auxiliari belloque fatiganda virtute, uti dictum est, sociari concordia, quanquam sibi ipsum dissentaneum ac discors est); his itaque inimicitia, lites, æmulationes, iræ, ac quæ deinceps magnus Paulus⁸⁵ pridem percensuit carnis opera; ac quod omnium supremum malorum est, cædes ipsa accurabatur nihil defunctorie.

Atque hi, primum quidem maleficæ dialecticæ sermonibus tentantes, litigantes, veritatis turrini dejicere molientes; velutque præsidio, qua pollebat sapientia subnoti, sermonumque ac dicendi fiducia; ac tanquam duro saxo firmoque, viri magni fidei, procaci irruentes audacia, exque imbecillitate abacti, ac impudentia quidem ad orientes, præ virium autem exilitate victi recedentes; qui potius contriti, ac velut pulvis vento ac turbine, alti ejus sermonis spiritu, æstiva area excussi ac ventilati; cum absurdissimum videretur novos jam cum eo sermonum iure congressus, qui omni palam sermonis ac doctrinæ vi superaret, lapidibus deinceps tentabant obruere.

Ac sicut homicida Judæorum plebs, Stephano ad eos unum verbum prolocuto⁸⁶; apertos nimirum ipsi cœlos, ac Filium hominis ad Patris dexteram se videre, cum æqualem cum Genitore honorem prolis ferre non possent; continentes aures, moxque surgentes, lapidaverunt theologiæ sacrum

interpretem, Sicut etiam Jesum, qui ante Stephani testimonium, in medio ipso concilio clamasset: *Ego, et Pater unum sumus*⁸⁷, surgentes lapidare nitentur, quanquam fecit is, ut incassum lapides mitterentur: pari ratione Gregorio quoque Deum Patrem, Deumque Filium, ac Deum Spiritum sanctum, unam Deitatem, quæ tribus personis ejusdem substantiæ discrete ac velut dividue una consistat, eximie pro Theologi partibus disserente, immensa rabie acti, ac furore repleti princeps hæreticorum agmen inque illis antistes, tanquam suis eis dogmatis funditus labefactatis, præstantissimum theologiæ interpretem, velut sua opera, vique doctrinæ parem Trinitatis honorem asserentem, lapidibus petunt.

B Quia vero, quam illi male impugnabant deitatem ac dividebant, hæc rite pro ea depugnantem, auxilio lovebat; ac Spiritus illi, qui in ejus spirabat gratiam, aderat: ab homicidarum eum injuria liberat; illæsumque a lapidum grandine servans, ad majora certamina, ac perfectiores coronas præparat. Idem namque ipsi ea ratione convicti, probroque affecti, ad aliud rursus fortissimum, ut putaverant, prorsusque ineluctabile vertuntur commentum. Nempe variis onerantes criminibus, iisque urbis præfectum, fidei ipsa communione magis credulum ac proclivorem accendentes, cum et accusatores statuissent repente comprehensum Gregorium, pro tribunali sistunt. Atque, o stuporem! o insipientem C sceleratorum aggressionem! Pacifici probatissimus discipulus, ac pacis mitissimus arbiter, seditiosi ac protervi crimen sustinebat; ac qui docendo, juxta divinum Apostolum⁸⁸, fidelem sermonem amplecteretur, tanquam qui aliena a fide, ac hæreticis propria doceret, ab impiis calumnia insimulabatur. Stabat autem vir strenuus, velut sodalium cuiquam ac notorum; non quasi tanto magistratui, judicique assisteret.

Quoniam modo scite apteque, vel præfecti superbiam, fastumque animi, ac sermonum arrogantiam; aut viri prudentiam ac lenitatem: certamque ad eum ac exquisitam satisfactionem verbis expediam?

D PRÆF. Quid sibi vult, heus tu, quod sic præmagnificam augustissimamque civitatem seditiosis molitionibus turbas, cum præsertim extraneus atque hospes existas?

GREG. Cui ille: Quænam injuria, quæve adversum nos, inquit, accusatoribus divulgata, rumoreque sparsa seditiosa molitio ac petulantia? Nihil enim mihi ejusmodi rerum conscius sum.

PRÆF. Quod, inquit, inanibus verbis atque profanis, incompositam plebem ad res novas sollicitas: viderisque mihi turbas ciere, qui imperitorum ac insipientium tibi animos addicas, atque ad seditionem (quæ his facile succendatur) cæstro quodam impellas.

⁸⁴ II Cor. v, 15. ⁸⁵ Galat. v, 20. ⁸⁶ Act. vii, 55.

⁸⁷ Joan. x, 30. ⁸⁸ Tit. i, 9.

GRÆC. Enimvero, ait rursus, seditiosæ molitionis, turbæque popularis tantum abest ut ulli ipse sim auctor, quantum qui olim mortui, a vestra civitate ac republica extranei agunt. Olim enim (neque me quisquam arrogantiae fastusque insimulet) omni sæculi, fluxæque gloriæ claritate sprete ac carnis universis cupiditatibus excussis, solique Christo foedere adjunctus, ac qui ejus lege Spiritus agi maluerim, ab omni discordia ac rixa mundum meipsum servare contendo; nec solam pulcherrimam pacem solus ego amplector, sed et cunctos totis viribus eam amplecti, cum Paulo⁹⁹ hortor atque suadeo. Fore enim ut sine illa nemo videat Deum.

PÆR. Quid vero, inquit, quod et aliena, ac pro hæreticis partibus doces? Nonne vobis sufficit fides, cui et magnus imperator astipulatur: omnisque ditio ac civitas assentitur? Solusne fidei novitatem illaturus es, orbemque solus in sententiam tuam pertrahes?

GRÆC. Nihil equidem novum, inquit, aut ab apostolica fide alienum, vel ipse cogitavi unquam, vel alios docui; sed quæcunque, juxta sacram Scripturam, *audivimus, et cognovimus eu, et patres nostri narraverunt nobis*⁹⁹, hæc sentimus, hæc loquimur: in his permanemus, quæ credidimus, ac nobis credita sunt, scientes a quo didicerimus⁹⁹. Non humanis cogitationum rationibus inconcessa, iisque inaccessa metimur: neque naturam nulla verborum vi explicabilem, ac quam nemo intelligat, dialecticis methodis pensitamus. Neque enim ut quibusdam moris est, præter ea quæ sacris nobis oraculis exposita sunt, contumacius quidquam præsumimus. Omnis igitur qui ex Deo est, nostramque audit vocem, ac quam loquimur veritatem agnoscens: non nobis simpliciter, sed ipsi plane, nostra opera, veritati accedit, eique conciliatur.

PÆR. Quid ergo, inquit, videmur tibi non ex Deo ac veritate nos esse, quod vestro consubstantiali non admodum assentimur: neque enim ex Scripturis habemus, ut ei certo assensum præbeamus. Quid vero tibi, qui nec imperatoris decretis consentias, inque tantum opinionis fastum vecors evaseris, nec cum tanto episcoporum coetu concordiam colas? Num times ne in te ipse grave aliquid ex contentione inconsulte arcessas?

GRÆC. Decebat quidem, o præfecte (qua mansuetudine, blandaque lenitate respondit Theologus) unigeniti gloriæ non impingere; nec adversus divini Spiritus honoris æqualitatem elatos, illius majestatem spernere: nec denique tanta testimoniorum neglecta copia, quibus Patri honore coæquantur, deterioribus animum opinionibus inficere. Sic enim una fidei confessione, mentisque concordia, tribus sanctificationibus velut sublimes Seraphim, unam dominationem, ac Deitatem laudantes⁹⁹,

A unum corpus, unusque spiritus Christiani omnes ageremus⁹⁹; jamque adeo non ex alio alii, alioque, sed ex Christo, omnes tum nuncuparemur, tum essemus, qui ad unam eandemque spem vocationis pariter curreremus⁹⁹.

Quia vero nonnulli, animi potius pravitate, quam inscitia, si certæ veritati, clarisque testimoniis, ac auctoritatibus obstitantur: putas, quæ ad Filium spectant, quod Dei sermo cum esset in principio, erat apud Patrem⁹⁹, et Deus erat; quodque Unigenitus, et quod in sinu Patris. *Ego, inquit, in Patre, et Pater in me est*⁹⁹. *Et, Ego et Pater unum sumus*⁹⁹. Quod item splendor gloriæ⁹⁹, ac figura paternæ substantiæ, id est, imago invariabilis, divino Paulo prædicatus est; necnon aliis, quibus eadem deitatis natura asruitur. Quæ vero spectant ad Spiritum, quod Dominus est, quod mittit, quod sibi templum efficit⁹⁹, ac deificat; quod operari eum sicuti vult⁹⁹, ac dona dividere testante Scriptura⁹⁹ proditum est; quibus, aliisque plurimis, ejus quoque cum Patre sociæ, unaque dominatio ostenditur.

Quia igitur nulla tantorum Spiritus testimoniorum reverentia ducti, non horrent creatricem ac effectricem omnium causam creatis accensere; fiuntque creatura nequam, qui omni pudore semoto, naturam omni superiorem dominatu, in servitute arrogantiæ ac superbia detrahant, nec ex seipsis hactenus intelligere voluerint, cum animi interior ratio, atque notio ex mente nulla passione ac fluxione, nulla temporis inter capedine nascens, atque a gignente inseparabilis, quæque item sermonis prolatione ad sensum transit, ejusdem cum mente horum parente naturæ sint; vero etiam propius certa quadam ratione qui ex Patre luminum velut coæterna quædam germina existunt, ejusdem merito naturæ cum genitore debere existimari.

Id vero in causa est, ut ipsi ab eorum nos communionem, velut qui adversa veritati dogmata inducant, non injuria abscindamus; nec decretis acquiescamus, ac impietatibus assensum præbeamus, ne scilicet parem illis blasphemiam condemnationem sustineamus, quidquid orbi nunc universo imperare videantur; etsi vulgo videantur episcopi, etsi sublimes sedes conscenderint. Nobis siquidem, o spectande, imperatores non purpura, sed virtute nobiles atque inclyti: non auro, argento, pretiosissimisque capillis, vel auro compactis curribus, seu magnis exercitibus augusti ac formidabiles, sed fidei sinceritate, veraque ac genuina erga divinum Numen affectione. Episcopos autem non eos omnino habemus, qui sacerdotalibus præfulgent stolis, atque infulis; sed qui velut podere, id est talari, etiam virtute amicti sunt; rectamque fidem velut rationale judicii⁹⁹, et veritatem, et manifestationem in pectore, animique precordiis gestant.

⁹⁹ Hebr. xii, 14. ⁹⁹ Psal. lxxii, 3. ⁹⁹ II Tim. iii, 14. ⁹⁹ Isa. vi, 5. ⁹⁹ I Cor. x, 17; I Cor. vi, 17. ⁹⁹ Ephes. iv, 1-4. ⁹⁹ Joan. i, 1 et 18. ⁹⁹ Joan. xiv, 11. ⁹⁹ Joan. x, 50. ⁹⁹ Hebr. i, 3. ⁹⁹ II Cor. iii, 17. ⁹⁹ Act. iii, 2; I Cor. vi, 19. ⁹⁹ I Cor. xii, 11. ⁹⁹ Exod. xxviii, 4.

Sic autem animatus, ac cum ita de his sentiam, A siquidem ingruentia Trinitatis ergo pericula, ac exsilia, cruciatus, mortem (vitæ scilicet immortalis argumenta) detrectaverim; tum vero re ipsa innumeris me dignum mortibus ac periculis existimaverim.

Aiunt præfectum, his ex eo auditis, viri sapientiam mira quadam ratione virtuti contemperatam admiratam esse: sicque adeo plebem pietate commotam, ac divina victam prædicatione, ut ingentem clamorem extulerit, ac nedum theologiæ nomine beatum prædicaverit, verum etiam illic primo Theologum appellaverit. Sic nimirum prorsus theatrum ceperat; sibi que iudicium (auditores scilicet) addixerat. Ac Gregorium quidem cum reverentia domum remis-
B sisse; accusatores vero tantisper objurgasse, ut qui ad causæ momentum arguendo viro nihil attulerant. Hinc etiam ille, ut divino proditum eloquio est, majorem ⁶ in plateis agebat libertatem, fidentiusque palam loquebatur. Omnis enim animus, cum certamina necdum adierit, plerumque formidare, seque pugnae subducere; lucta autem defunctus, auctusque victoria, fortiter ac strenue amat agere.

Homo sane illius Ausites ac beatus Jobus, præ virtutis præstantia invidiosus diabolo redditus, illique postulanti traditus, liberis quidem, omnique prius substantia nudatur; tumque etiam pessimis corpore ulceribus cæditur ⁷; ad hæc vermium tabo, acutisque amotus doloribus; ac, cum uxore demen-
C tia loquente, atque amicis imprudentius, nec pro rei indole consolantibus usus, nec minimum emol- litus esset, vel ullam prorsus Deo stultitiam dedisset, magnifice claroque præconio in fine certaminum celebratus est; ac, quod omnium præstantissimum, illius voce prædicatur justus, qui e turbine atque nubibus illi respondebat. Hic autem, nulla mala æmulatione, atque livore ablata substantia, sed Christi lege erogata in pauperes omni facultate; nec decem duntaxat confertim, unoque momento corporalem liberorum perpeesus interitum, sed innumerabili animi labem tabescentibus dolore visceribus sustinens ejus, qui expuerat, ira cæditur; nec vero solum corpore, quin potius medio ipso pectore, atque animo duriore plaga afficitur. Tentator enim velut armis, atque jaculis, nequis-
D simorum dentibus, linguisque, velut acutis usus gladiis, hæreticorum loquendi licentia, atque pruritu continue tanquam mucronibus, ferit; percutitque blasphemis animum; atque eorum opera, qui simulata fide, amicitiam profitebantur (in quibus etiam fuit Maximus Cynicus; cujus pro Cynica indole supercilium, morumque impudentiam, ac insidias, velut cunctis notas, dimittam) omni, ut verbo dicam, machina, ac arte commode, incommode admota, qua ille fulgebat, veritatem redarguere, sibi que eam vindicare tentat actionis necessitudine, ac pro si-

militudine. At Gregorius (quippe qui non nesciret ejus cogitationes) admirandam adversus omnia patientiam opponens ac longanimitatem, haud secus ac inturgentes spumas, decumanos injuriarum fluctus elidit: sed ei administratorum invidiæ omnem malignitatem sinistraque molimina convellit. In fine autem ea, quæ in censu erant, non duplicia recipit, sed multis partibus auctiora, velut scilicet bonus ille servus, accepta potestate super decem civitates, quinimo instar fidelis ac prudentis œconomi ⁸, ipse quoque (nec magnum dictu.) omnibus quæ sunt Domini sui præpositus. Minime autem prædicatur justus, sed efficitur: Theologus autem tum efficitur, tum magnifice prædicatur.

Hinc Trinitas, haud secus ac lampas trino fulgens lumine, eximie in eo accensa, non jam silentii modio premi sustinebat: non jam ad eos indulgentia utendum arbitrabatur, quorum imbecillior erat animus; sed sicut lucidissimus iste sol, jam terræ solutus sinu, inque horizontem terra superiorem micantibus radiis tantisper prominens; hactenus quidem summos montium vertices sensum luce perfundens, densa tenebrarum ad terræ cava contrudit: paulatimque promovens, omnino caliginem dissipat atque dispellit universumque orbem terræ mundi communi luce ubertim impartit; nisi quid ex eorum genere est, quæ noctu pascentur, nec solis radios ferre possunt; sic nimirum comparata, ut lucis excellentia eorum non tam illustretur visus, quam deteratur; aut propter meatus inferendæ luci non idoneos, nec satis explicatos ut splendorem recipiant; cujusmodi lustra subit, ac Petrarum specus. Sic quoque Gregorius; quin potius quæ in illo velut orbe solis rutilo quiescebat Trinitas, primum mente sublimiores illustrans, tumque omnem animum luce dignum amabili scientia replens, ferinum omne pectus, sensumque affectus a ratione alieni alumnum terræ abditis obscurum tradit: nempe non ferentem divini radii spiritalem illustrationem; atque ideo divinam repellentem lucem, quod vel malo naturæ genio, vel animi pravitate, excellentiam bonitatis suscipere non possit.

Ergo civitati quidem, inque ea agentibus, atque civibus, quæ in Gregorio erat trini solis exoritur lux; provinciæ autem, ac quæ extra sunt, illius destituuntur luminis claritate? aut vicinis quidem, nec longius dissitis theologiæ splendor illucet; ad eos autem qui procul remoti sunt, ad extrema terræ occupant, sermonum grata non attingit? aut pervenit quidem etiam ad illos, obscure tamen? aut clare quidem, at non firmiter, et ut perenne? Haudquaquam; sed cuncta simul purgat, illuminat, perficit. Purgat quidem hæresis piaculo, eos qui ignorantia olim tenebantur; eximie ac cœlestis prædicationis divinis sermonibus, illuminat; augu-

⁶ Prov. i, 20. ⁷ Job xii, etc., 42. ⁸ Luc. xiv, 17.

stissimis divinissimæ naturæ ejusdem conjunctionis A radiis concilians, perficit.

Non me latet eo provehi orationem, ut, qua excurrit prolixitate, jam nauseæ fiat; quamobrem duplici distrahor affectu, hincque inde studiis seror. Nam metus quidem ne plerisque molestior, ac decori inscius videar, sermonis mihi impetum inhibet. At quid patior? quippe etiam alias eum remittere non sinit, qui cogit amor, vimque facit: totumque peritus expugnans, sibi palam addicens. Is namque Theologi tum sermonum magnificentiam, tum divinam morum præstantiam longiore verborum ambitu exspatiantibus comparationibus clarius animo suggerens, ut in eis mente immorer, ac plura loquar, evincit.

Esto igitur, etiam cum Mose pro viris nostris B magnum Gregorium diligenter comparantes, hinc quoque antistitis præclare gestorum amplitudinem consideremus. Mose, inquam, illo, qui sancta quidem Abrahami radice germen progenitus sit, metuque Pharaonis infans in fluvio expositus; ac Pharaonis filix visus elegans, in filium palam adoptatus fuerit: quique adeo hac ex causa omnem Ægyptiorum scientiam doceatur, nec tamen cognatorum dedoceatur amoris a natura vim. Idcirco, quod educantibus haud satis æquus, exque animo affectus, deprehensus esset, se fuga proripiens, atque ad Madian montem transiens, illicque uxori legitimis copulatus nuptiis, pecudum pastor effectus sit; seque rerum contemplationi impendens, quantum homini videre concessum est, in rubo Deum viderit.

Is rursus in Ægyptum cum signorum virtutibus missus, Ægyptiacique animi duritiem expugnans, multiplici prorsus eos verbere ac plaga affligit, inque brachio excelso populum suum liberat: ac quidem ab Ægyptiaca morositate redimens; ignisque columna, ac nubis ducens, eorum in terram promissam ductorem agit. Tum, mare Rubrum divisum, sicis eis vestigiis iter explicavit: idemque rursus in seipsum confusum, persecutoribus introitus simul, ac sepulcrum fuit. Hinc rupes dirupta, flumina profundit; lignumque aquarum sanat amaritudinem: ac quidem firmamentum aviculas pluit sicut pulverem; cælo verum panem, spisso D lumbre, demittit: atque extensæ manus, innumera fugant hostium millia; Deique justa sententia, populum murmurantem vicissim neci tradit.

Quod omnium maximum, maximamque habet admirationem, ascendit in montem excelsum solus, dierumque quadraginta jejuni corpore mundatus, animo expiatus, tremenda Dei coram animadversione, præstantiorique in specie ignis apparitione, atque vocibus, ac tubis, tanquam in symbolis, dignatur: lapideisque tabulis inscriptas leges accipiens, atque varios illic sacrificiorum ritus

edoctus, veri quoque tabernaculi figuram ex umbratilis forma ibi contuebatur. Illic candelabrum et mensam; illic aras et arcam, aliaque celestium similitudine assumpta, figuræ ratione vir Dei conspectu usus serio contemplabatur. Hæc vero tribulibus tradens, ac sacerdotium quidem Aaroni, germano corpore, germano spiritu præbens; deus autem præfecturam Jesu famulo concedens, omni- que operum ipsius ministerio ex consilio divini rationibus expleto, sic vitam caducam, mortique obnoxiam deponit.

Sic quidem Moses; isque (ut paucis complectar) ejus institui vitæque rationis modus fuit. Quid vero Gregorius? Nonne sacrorum parentum, sacratissima proles eluxit? Nonne is quoque sæculo tanquam fluvio expositus, Spiritus quidem signaculo fiscella communitus est⁷: sæculari autem sapientiæ elegans, dexterque indole visus, atque in filium ei adoptatus, in ea eruditur, atque præparatur? Num illius sensum humilem ac superstitionem lubentissime fugiens, sublimiori contemplatione, ac magis e pietate usus est ad sapientiam mundo superiorem?

Non commigrans velut Moses ad montem Madian⁸, sed sacræ animi tranquillitatis, ac imperurbationis verticem conscendens; nec sicut ille, mortalem sibi conjugem assumens, sed perfectæ sapientiæ amore incensus, ejusque gratiarum corona eximie ornatus; nec pecudum rationis expertum, sed ratione vere utentium probatissimus pastor effectus, si quis alius mortalium Invisibilem videt⁹; ac revelatâ facie contemplatus Domini claritatem, tum contemplatione¹⁰, tum potentia repletur, atque in istam mittitur Ægyptum. Mittitur vero ut populum Domino peculiarem acquireret; atque a caliginosa hæreticorum ignorantia liberatos, ad lucidam in fide viventium veritatis hæreditatem transferret.

Virga quidem a Deo minime in manus tradita¹¹; quin ipse potius virga virtutis efficitur divinitus missa. Virga utique, non quæ in seductorem serpentem transformetur¹², sed quæ in formam Christum referentem, ac mentem immutetur: non quæ aquam potabilem in sanguinem potui inutilem vertat¹³, sed quæ potabili doctrina, salsam eorum abstergat. Non quæ ingruente reptilium copia, ea- que edacissima adversarios confringat¹⁴; sed quæ efficacibus vivisque sermonibus durissimam mentem atque superbam velut flagello cadat; aliis quidem vulnus ac plaga tumens, non suapte indole, sed illorum morositate, qui omni ulcere insanabilius invidia vulnerati ac scædati essent¹⁵; aliis consolatio bona, fulcimentum ac gratia. Ac quidem aliis, instar grandinis, ignisque ingruens, tum densitate sermonum, tum divinatorum igne sensorum, contumacium animos consumebat¹⁶; aliis

⁷ Exod. ii, 3. ⁸ ibid. 15. ⁹ I Tim. i, 17. ¹⁰ II Cor. iii, 18. ¹¹ Exod. iv, 2. ¹² Exod. vii, 19 20.
¹³ Psal. civ, 29. ¹⁴ Exod. viii, 2; xvii, 21. ¹⁵ Exod. x, 5. ¹⁶ Exod. ix, 25.

velut ros e cœlo leniter stillans, sensibus ut florent, præstabat : atque aliis quidem tenebræ palpabiles prostabat¹⁷ ; aliis lux mentis sancta, ex luce, quæ omni major sanctitate est, abunde effulgebat : quin potius, qui lux cunctis vera tum fieret, tum esset ; aliis quidem illustrandi vi pollebat (iis scilicet qui suæ mentis oculo ab ejus fulgoribus minime abhorrent), aliis obscurandi, qui propria mentis debilitate veram claritatem obtueri non possent ; qui lucem quidem, ut inimicam refugerent ; tenebras autem tanquam suavissimas sibi deligerent. Ac aliorum quidem mentis rationum ac actionum primitiva, argumentis confutans exterminabat¹⁸ ; aliorum autem incontaminatas in Christi sanguine animas conservabat.

Idem ipse ignis columna ac nubis efficitur¹⁹ ; peccati caliginem dispescens, virtutisque laborem refrigerio temperans atque leniens ; velutque nubis rore, Paraclæti consolatione, spiritalem Israellem levans, atque ad supernas mansiones traducens ; ac manu quidem excelsa sæculi mare illi scissum, innoxia transmittens ; eos vero qui dementi ac furienti in eum impetu, omni apparatu insequuntur, in eo suffocatos relinquens, purissimo ipse salvandorum cœtui, cum magifico virtutis comitatu, ad beatas salutis sedes ductor præibat.

Fit petra²⁰ ; revera enim spiritalem petram²¹, non sequentem, ipsique comitem, sed in eo manentem, Christum vitæ latices manantem, habebat. Lignum quoque efficitur, potui inutilem²², atque amarum hæreseon doctrinam, in rectæ fidei dulcedinem mutans. Manibus autem non interdum extensis, ac quæ graves deprimerentur, aliorumque opera sustentari deberent ; sed mente in Dominum jugiter sublata ac excedente, tum verum suffulciebat Israellem, tum verum fundebat fugabatque Amalec²³.

Alit autem, non pane qui prima luce e cœlo pluens, plusculum ascendente sole mox colliquecat²⁴ ; nec avium carnibus immensa copia imbris instar depluentium, sed sermonum abundantia atque vi ; tum nempe magis spiritualium ac divinorum, eque sursum, atque sapientia quæ de sursum est, subministrante suppetentium ; tum corporaliū magis ac naturalium, ex terrena, ac quæ sæculi usu comparatur, intelligentia, mentisque solertia illi collectorum²⁵. His igitur, qui recti ac fideles essent, tum alebat, tum recreabat ; qui autem murmuratores, ac Deo detrahebant, eos miserabili ac deplorandæ morti tradebat.

Non in montem (terræ scilicet, qui in sensum cadat, tumulum) per breve tempus secedens, Deique illic usus colloquio²⁶, turbis se rursus legislator permittebat ; sed suprema theologiæ conscensa specula, non dierum quadraginta, sed jugi jejunio ;

A præstantiorem quam pro sensus ratione Dei visionem nactus ; non fragore mugientibus vocibus, tubisque aerem vi percutientibus, vehementiusque auribus insonantibus ; sed sine strepitu, atque leniter, et leni ac quieto Dei Spiritui colloquens, illique congregiens, ac silentio magnas sublimium decretorum voces percipiens : non tenebris ac caligine obducto corpore, sed supra quam ignoti incomprehensionis notitia oblecto : non procellis ac turbine ventisque flantibus, sed divini Spiritus mollioribus auris perflantibus ; non cœlestium imagines, ac figuras, nec veritatis obtuetur umbras, sed ipsa sacratius docetur cœlestia, ipsamque clare veritatem cernit. Symbolis enim, ac umbris Mosi conspectis ad ea quæ vera sunt intelligenda usus, ac per ea ad ipsum clare legislatorem devecius, vere gloriam contuitus est, nedum posteriorum Dei (quibus a Deo secunda, illoque auctore condita obscure significantur), verum etiam (ni audentius loquor) anteriorum²⁷ ; ipsius, inquam, existentia præeuntis supra quam ignotam infinitatis notitiam. Vidit autem Dei claritatem, non brevi temporis morula factam conspicuam, citoque abscedentem, sed quæ semper ita consistat : nec velut ille, in petræ protectus foramine, sed in unigenito Verbo paternam contuens gloriam, in Filii Spiritu eximie Filio circumfulgetur. Vidit quæ per tabernaculum, inque illo reposita vasa mystice significabantur ; quin ipse potius vario virtutum cultu insolubile se tabernaculum Deo exhibens, etiam arcam animi suum reddidit : arcam scilicet, non quæ haberet urnam auream²⁸, sed quæ cor auro rutilum, panem illum cœlestem gremio continens. Non quæ virgam amygdalinam, quæ floruerat, lapideamque ac fragilem tabulam ; sed quæ expolitam mentem, ac inviolabilem, vereque Dei digito scriptam, contegeret.

Idem pariter candelabrum septem habens lucernas constituitur²⁹, qui scilicet septem Spiritus donis Ecclesiam illustret. Constituitur et mensa, panem illum summe mysticum probe esurientibus appositum habens³⁰. Constituitur etiam altare, nedum thymiāmatum, velut suavissimos suffitus, precum jugiter hostias submittebat³¹ ; verum etiam holocaustorum, pietate pingues animas sacrificii ritu in ipso faciens³².

Idem quoque magnus pontifex effectus, non unctionis oleo caput barbamque diluitur, sed Spiritu exsultationis mente ac animo sanctificatur. Nec variis tunicis, terrena e materia contextis perornatur, sed virtutum varietate, animi tunica varia induitur ; ac velut Aaron ille tintinnabula³³, concinnum apostolicæ sapientiæ sonitum assumens, ita sanctificationis sacerdos, atque hostiæ novæ sacrificus non per sanguinem, sed per spiritum sa-

¹⁷ Exod. x, 22. ¹⁸ Exod. xii, 29. ¹⁹ Exod. xiii, 21 ; xiv, 19. ²⁰ Exod. xvii, 6. ²¹ I Cor. x, 4. ²² Exod. xv, 25. ²³ Exod. xvii, 11. ²⁴ Exod. xvi, 14, 15. ²⁵ Jac. iii, 15, 17. ²⁶ Exod. xix, 3. ²⁷ Exod. xxxiii, 25. ²⁸ Hebr. ix, 4. ²⁹ Exod. xxv, 51. ³⁰ Isa. xi, 2. ³¹ Exod. xxv, 23. ³² Exod. xxx, 1. ³³ Exod. iv, 27.

clus est. Non enim ex umbræ rerum, sed ex veritatis ratione; nec juxta ordinem Aaron, sed qua ratione divinus Paulus, regni Evangelio defungens; ac, sicut magnus ille pontifex Jesus Christus pro suo populo victima factus, precesque offerens, non semel in anno in sanctis sanctorum versabatur; sed incessanter spiritali atque cœlesti altari propinquans, inde nobis salutem operatur.

In eum modum, nedum Moses Theologo exemplum efficitur, verum etiam Aaron: in quod aspiens, quantum veritas umbram ipsam figura designantem præcellit, tantum, arbitror, illis illustrior ostenditur ac perfectior. Quid vero? Qui sic horum imitatus vitam, adeo his superior clariorque eluxit; num a sequentium prophetarum atque justorum imitatione defecit? aut alios quidem aliis virtute claros imitatus est, non item aīos? aut omnes quidem, aliquo tamen præripiente palmam, ipsumque superante? aut paribus modis virtutem gessit? aut exiguo a se intervallo, proximeque secundas virtutis referentes illos reliquit? Minime gentium. Qui enim Moysen prophetis omnibus, ac his qui leges tulerunt, longe præstantem, adeo antecellit; quanto magis reliquos abundantia magnificentiæ gratiæ superabit? Verum ad ea quæ continua serie ad ejus vitæ rationis monumentum spectant, operæ pretium iterum orationem reducamus.

Interim Gregorio hisce impenso, ac dum errantes quidem oves reducit³⁶; quærit autem quæ perierant, ac contritas alligat, uti sacræ prophetiæ verbis proditum est: virentibusque collocat pascuis, ac veræ refectionis aqua educat³⁷; omnique (tum quæ ad actionem moresque, tum quæ ad fidem pertinet) tanquam herba lethifera atque noxia, ipsas iniquitate arcens, super semitas ducit justitiæ; ac lege sancit, non temporaneam corporis emundationem, sed sensus carnis mortificationem; neque ritum quo immolandæ animalium victimæ, ostendit; sed Spiritus vivificationem, quæ per fidem existit; ac velut sagittis solertissime Anomœorum corda ferit, velutque lucidissimis radiis, sacrosanctis doctrinis suis, electis lucem præterdit; de repente solvitur ruitque tyrannis, ac legitima imperii potestas designatur; ac impiorum quidem potestas penitus eliminatur, piorum autem reliquiæ fiduciam sumunt; hæreticorum merito supercilium detrahitur, Deique populo cornu salutis suscitatur³⁸ atque exurgit, imperator clementissimus, malorumque odio propensissimus. Is, duo optima secum constituit; ut nempe, qui trinam monarchiam evertere viderentur, probrum honore commutantes everteret; qui autem pari honore, naturam honore parem, atque æqualem supra quam honorarent, atque colerent, honore exceptos erigeret, atque eos qui sedes vi inscenderant, spretim submoveret;

A injuste autem Ecclesiis submotos, locis propriis restitueret.

Porro ut auspicalissimo exordio delatum imperium iniret, duo hæc ut exsequatur diligenter enititur. Quænam illa? Ut nempe œcumenica synodo Nicææ Patribus decreta confirmans, quæ succreverant hæresum novitates exstingeret, litesque ecclesiasticas dispelleret. Hæc Magni Theodosii prima consilii ratio; ut autem Gregorium in Constantinopolitana sede collocaret, id illi secundum opus, nihil priore impar, aut quidquam segnius curatum.

B Gregorius autem, qui animum omni superiorem ambitione haberet, paternisque visceribus erga gregem affectus esset, concessam quidem Ecclesiam libentissimus recepit; inire autem sedem, hactenus differebat. Postea tamen, vi quidem, at cessit nihilominus episcoporum votis, cum aliorum plurimum, tum Antiochiæ præsulis; magni scilicet illius Meletii, qui multa pridem ac strenua sanctæ Trinitatis causa fertur desudasse certamina. Hujus divinis judiciis, probrumque imperatoris id enitentis vi, ac fidelium civium adactus obsecrationibus; quin divinis potius obsequens nutibus, ad celsam, pro antistitis munere prælationis sedem, evehitur. Lucerna super candelabrum sublimis collocatur; ac prædicator, speculam sublimiorem aggreditur. Quid vero? an quæ præstat regibus ut regnent super terram, ac tyrannis ut dominantur terræ³⁹, beata Trinitas, suscitaturque de terra inopem, ac de stercore elevat pauperem⁴⁰, non etiam probatissimum famulum, ipsisque rebus perfectissimum præsulem, in pontificia sede collocaret?

C At nemo illegitime, contraque ac sacra Ecclesiæ regula statutum est, ad tertiam eum arbitretur transferri sedem. Nam neque ea res translatio est, sed electio, primaque ac unica in urbe augusta pro episcopi dignitate, atque munere sedis collocatio. Nam quod primo Sasimis, uti dicebam, præfectus est, id solum promotionis causa fuit, cum neque sedem receperit, nec omnino illic ordinaverit, ut lamve mysticam initiationem pro antistitis partibus celebraverit; quod nempe viculus ad sustentandam episcopalem sedem esset omnino ineptus. Nazianzenam autem cathedram quondam curavisse, cum D pater illius episcopus esset: at non ejus creatum esse episcopum, aut sedem illam unquam suscepisse. Solum autem Patris hortatu ac jussu, ut sacri ministerii defectum impletet, sic Ecclesiæ curam suscepisse, ut senectæ fulcrum, ac paternæ imbecillitatis sustentaculum audiret. Ita vero se rem habere, etiam ex his perspicuum est, quæ ipse ad Gregorium sibi cognominem scribit (14). *Inter omnes etenim constat me non Nazianzi, sed Sasimorum antistitem creatum fuisse; tametsi in patris reverentiam, et eorum, qui supplices hoc a me con-*

³⁶ Psal. XLIV, 8; Hebr. I, 9. ³⁷ Eccli. XLV, 10. ³⁸ Psal. CXXI, 7. ³⁹ Prov. VIII, 15. ⁴⁰ Psal. CXXI, 7.

⁴¹ Ezech. XXXIV, 4, 5 seqq. ⁴² Psal. XXII, 2. ⁴³ Luc.

tenderunt, ad breve tempus, quasi hospites præfecturam suscepimus. Quod igitur pater mortalem vitam divina commutaverat, vacantem jam inventum divina Spiritus gratia, vitæque ac doctrinæ humana maiore præstantia postea clarissimum effectum, in urbis augustæ solio quantum oculis conspicuum erat, constituit; quantum autem animo aspectabile, orbis terrarum bonum Pastorem, magnumque antistitem præficit.

Operæ pretium autem ut nec ipsum inoundæ selis taceamus modum. Postquam enim divinum illud ac salutare præceptum atque decretum pervulgatum est fore Theologum in sede collocandum; perinde vero ac dicas, quam is Trinitatem Deum prædicabat; videre erat universam propemodum simul creaturam, illius sublimationis ergo ac pro-
B vocationis secum ipsam moveri. Tunc enim, arbitror, cælorum virtutes omnes, mente, immateriate, inaspecte, præeuntes, sequentes, stipantes, pro sacro divini præsulis ingressu jucunde applaudebant: omnes profanorum dæmonum turmæ, quotquot aeriam regionem circumeunt, ac quotquot locum terræ viciniorem adeptæ, hoc sibi studium ponunt ut hominum genus seducant, inferna festine latibula subibant, cum micantia divini Spiritus fulgetra non ferrent. Omnis vero piorum civium cœtus, fideli imperatori ex fidei pietate comes, monumentique maximi festivitatem antistitis ingressum ducens, splendide ovansque in sacram pariter ædem irrumpebat.

Vidisses igitur illic populi universi plausus, victoriæ cantica; ac quibus Deo, quibus imperatori grates exsolverentur. Vidisses viros, feminas, senes, pueros, servos, heros, hominum ætatem omnem, omne instituti genus qui solitariam, quique vulgo tritam vitam agerent, sacerdotes ac laicos, ex omni ferme hominum, quod sub cœlo est, genere, haud secus ac fluctuum eruptionem, confluentes, influentes, præeuntes, occursantes, impellentes, in adversum pellentes ac qui pellerentur, gaudentes omnes, omnes gestientes, jucundo omnes animo, bonumque certamen certantes. Ne quidem virginibus fas videbatur ut sacro illi spectaculo deessent. Ac vero hæc, honesta gravitate operatæ, sacra festive septa invadebant. Cunctis certamen erat, piaque contentio, alii ut antistitem prope accederet; alii, ut iis qui prope accedebant e vicino succederet; alii, ut vel eminus, ingressus videret, velut hinc quoque commodum aliquid percepturus esset. Animus enim fidei sensu, ei qui creditur mente conjunctus, dum vel ejus umbram procul speculari adverterit, cupiditate agitur, gestit, omnique studio ad ipsum contendit: ac velut quodam majoris amicitia stimulo, conspectu usus, corpore etiam, ut ita res ferat, enititur amato conjungi.

Non sic Judaicus olim populus circa templum Hierosolymitanum, Salomone dedicationem illius

A celebrante¹¹, frequens confluit; nec sic plena ante eum uno totius populi conventu Davidi coacta celebritas est, tum, cum arca ut quiesceret locata fuit atque deposita, ac in illo ingressu conflantem ferunt¹²; nempe Gregorio sedem adeunte. Iis quidem qui recta fulgebant fide, talis quidam cursus ac alacritas erat; at neque hæreticorum agmen a communi illa populi glomeratione aberat. Aderant autem, atque alii quidem, intus animo invidia dissecabantur; nec tamen pravitatem in lucem proferebant; alii more canum in rabiem acti, jam cædis avidi irruere, atque necare incitabantur; sed Dei occulta manu, cunctaque conservante, furens ille eorum impetus inhibebatur. Atque illi quidem
B insidias, strues, turbas ac seditiones, innoxiique sanguinis effusionem animis cogitabant; Trinitas autem (quippe boni amans) defensorem suum ac propugnatorem, ab omni tutum nequitia servabat.

Vidisses illinc utrinque congressiones fieri, pugnasque committi, Anomœis scilicet, tanquam ad ipsos spectantes, Ecclesias vindicantibus (iis enim qui longiori tempore possederint, vel si injustissima possessio sit, haud raro ex continua solummodo detentione, hominum judicio rata fides succurrit); Homousii autem defensoribus easdem mordicus retinentibus, velut qui recens Dei nutu, piique favore imperatoris, Theologo optimo præceptore, ac testatore, ceu legitima hæreditate illas adepti essent.

C Vidisses illic sacrum illud melos reipsa præstitum, nempe, justi quidem cornu exaltatum in gloria; peccatores autem videntes, et irascentes, et stridentes dentibus, ac tabescentes; eorumque periisse desideria¹³. Non enim futurum erat ut in longum tempus falsitas reluctaretur ac obsisteret, nequæ ut veritatis adversum se aciem ad extremum sustineret: sed sicut hiberna tempestas, sive brumale frigus, procul adhuc morante sole, atque australem versante viam, late viget, omnemque constringit naturam, ac premit: illo autem rursus ipsas jam ad aquilonem decliviores detegente partes, atque æstivum gyrante solstitium, clarioresque ac mora firmiores radios immittente, incalescit, spiritusque ac vitam resumit, quidquid in rebus
D est, vereque lætius dilucente, bruma facile, frigusque exolescit ac dissolvitur, inque internos recessus atque latebras vicissim cogitur. Eodem fere modo, gravem illam hæresum, ac quam molestam caliginem, atramque tempestatem, haud secus ac crassissimam hiemem, nubemque Ecclesiis affusam, ac piorum prementem corda, Gregorii sermonum radios, velut e sole, Christo in eo manente promicantes; clariusque ac lucidius effulgentes dissolvisse ac consumpsisse; atque Ecclesiæ firmamentum in statum diei fulgoribus lucidum, ac pacis claritatem transmutasse.

Hujus vero certum argumentum, ac conjectura,

¹¹ II Par. vii, 8. ¹² II Reg. vi, 1. ¹³ Psal. cxi, 10.

quæ ante sacrum illum ingressum in aerem effusa densissima caligo ac obscuritas est. At ubi Ecclesiam ingressus est, universa civitate ac imperatore una comite, omnique Ecclesiæ cœtu decantante laudum cantica, ac divino antistite in sede collocato, cunctorumque vultibus præfervido lacrymarum imbre perfusis, compunctis scilicet omnium animis, nec tantam beneficii vim siccis oculis suscipere valentibus; ubi denique clamor, gaudium, commistaque tristitia ac supplicatio, universi populi gestu, habitu oreque erupit; solvitur statim densissima illa nox ac tenebræ; luxque splendidissima conferlim effulgens, hæreticorum quidem spes in obscurum trudit, piorum autem exceptis corporibus etiam animum claritate perfudit, exsuperante moestitia in jucunditatem in finem quantam cedente, atque conversa. Sic nimirum Dominus, quemadmodum eos, qui ipsum clarificant, claritate augere, sic qui spernunt, spernere consuevit.

Admirandus quidem Jesus, Israelis belli dux Moisis loco creatus, siccoque vestigio cum omnibus copiis Jordane transmissio⁴⁴; atque adversus gentes regesque fortissimos instructa acie, belloque comparatus, sic incruenta victoria evertebat quidquid incurrisset, ac par erat everteret, ac pessumdaret, quem Altissimi dextera cum primis protegat. Unico tubarum clangore, robustissima concussa mœnia corruebant: tumque urbes integræ, civiumque omnis conferta multitudo excludebantur: bellicosissimi reges impressione facta, nedum armis, sed et cœlo lapsorum lapidum instar grandinis imbre cædebantur⁴⁵; quin et ii, præcuntium vesparum aculeis⁴⁶, dire pungebantur. Quodque majus ac insolentius, sol stabat, luna inhibebatur⁴⁷, ipsumque cœlum Israeli aderat belli subsidio adversus insipientes depugnans. His Dei providentia curaque excisis, eorum substantias ac facultates in funiculo distributionis, per manum Jesu, eorum terram, ac quidquid ditionis fuerat dividendis, partibus adibant.

Gregorius autem veri Israelis sacra præfectura concredita, velut anine rapido glomerantes aquas, prolixas stulte impiorum nugas innoxie transmittens; quod et ipse excelsam manum valide protegentem haberet, tanquam civitates ac oppida, illegitimas hæreticorum sodalitates cœtusque, clarissime sonantibus suæ theologiæ tubis, repente solo allidebat, fortesque blasphemiarum patronos, ac antistites, tanquam saxorum ictibus, densaque grandine, cœlestibus sensis confringebat; velut denique multo vesparum examine, crebris sermonum suorum aculeis saucians, alios quidem omnino perimebat, quotquot scilicet longe maxima temeritate acti, præfracte cum Deo pugnare audebant; alios vita donabat potiori, quotquot nimirum veri-

tatis decretis pari credulitate subnittere animo, operæ pretium ducebant.

Sol et luna, oculis quidem conspicua, haudquaquam cursu inhibita sunt. Quorsum enim? at qui menta sol intelligitur, non semel, sed in perpetuum, sublimi ejus menti, ac cœlum pervadenti assistens; quin et ejus sapientiæ quæ sæculi usu præstatur lucidissima specie velut lunæ jubar effulgens, victorem adversus Dei hostes, ac triumphatorem facit: quibus neci datis, quam possederant terram, nempe Ecclesiam, possessione adit.

Possidet, inquam, aditque hæreditatem, non quæ diffluat, atque facile dilabatur; sed stabilem, atque ad futurum sæculum commigrantem, nec eam duntaxat quæ in terris, atque oculis conspicua est; sed per eam, ad cœlestem Jerusalem, liberam illam⁴⁸ (primitivorum scilicet Ecclesiam⁴⁹) transiens; non solus ipse, sed cum cœtu, turbaque ipsi comite, pro rata cujusque laborum ratione, patribus ascriptas incorruptas sortes possidendas consequitur.

Melle ac lacte fluere terram promissam. Scripturæ sacræ testimonio proditum est⁵⁰; Gregorii autem, mel quidem, theologiæ dulcedo; lac autem, doctrina jugi latice manans. Vel mel quidem, virtutis operosus labor, quem animorum cultori instar apis argumentosæ, laborisque tenacissimæ abunde suppeditabat; lac vero, largissimus, ac qui maxime nutriendo esset, sermonum latex. His enim, optimis divinissimisque rationibus commo- dum Ecclesiam regebat.

Hæc ille ante adeptam sedem, hæc post etiam adeptam, studio agebat. Non enim requiem laborum, sed accessionem curarum, angorem, sollicitudinem, ac laborum exsuperantiam, præfecturam ducebat, unam vero animi jucunditatem noverat, discipulorum pietatis rationibus profectum; unam corporis refectionem ac laxamentum, secessum ad loca ab hominum usu ac consuetudine remotiora; in seipsum conversione, animi rationum diligentiam ac curam: qua nimirum mens illi ad altissimas assurgens contemplationes, unam Paracleti lubens habebat consolationem; reliqua autem animi oblectamenta, ac corporis relaxationes, crassioribus atque ad corporis rationes magis comparatis, projiciebat.

Nam cum his tribus, hominis animus omnis capiatur ac insolescat, nempe gloria, divitiis, voluptate; nec inanis gloriæ fastu ac superbia elatus, mentis rationibus movebatur; nec pecuniarum amore emollitus, animo capiebatur; quippe cum a teneris ipsis unguibus ejusmodi rerum cupiditas omnis illi extincta esset. Ac neque (quod plerisque usu venit) varils ventris voluptatibus victus concedebat: sed omnis jam vitæ mollioris ac voluptatis fragili fluxaque jucunditate excussa ita laboribus ac sudoribus virtutis causa sese excercebat,

⁴⁴ Josue i, 2. ⁴⁵ Josue. x, 11. ⁴⁶ Sap. xii, 8.

⁴⁸ Exod. iii, 8.

⁴⁹ Josue. x, 12. ⁵⁰ Galat. iv, 26. ⁵¹ Hebræ. xii, 23.

ut illi quam maxime opportunum esset Davidi-
cum illud proferre, propter nimirum Dei laborum
sermone, vias se duras custodisse ⁵⁰.

Alii quidem alia functi virtute, aut divinæ parti-
cipes facti gratiæ, solam forte quisque suam
ætatem beneficio afficere velit : Gregorius autem in
eo laboravit, atque operam posuit, ut non sæ-
duntaxat ætati, sed et cunctis simul deinceps fu-
turis divinam gratiam Dei exemplo explicaret.
Sacris eloquiis fluminis instar ex ejus lingua
fluentibus, doctrinaque ore tradita, ad ipsum
adeuntes nunquam demereri cessabat, arguens,
increpans, obsecrans ⁵¹, pietatis decretis ad sapien-
tiam componens, sermonibus veritatis aptus
atque instruens, cunctosque ad contemplationem
pariter ac actionem expeditos agilesque reddere
maxime cupiens. Conscriptis autem sacris monu-
mentis futuros deinceps per ætates ædificans ; in
iis, eversos constabilit, fideles confirmat ; sed et os
omne fremens, aut quod futurum est, ut fremat
loqui adversus Deum iniquitatem ⁵², obstruit.

Tanta vero Gregorio exacti sermonis, ac veritatis
cura, cum venustate, incitatione, perspicuitate, ac
gravitate, ut quanquam multi sæpius a sæculo
orationes conscripserint, aut divinas enarrationes
ediderint ; quantum stellæ a solis claritate, tantum
universi ab illius divina prædicatione ac eloquio,
vique sermonum, deliciant. Ego, quantum licet
pro virili, dicam.

Cum in orationes invectivas incido, quibus is
Juliam prævaricatoris confutat dementiam, numi-
numque gentilium infelicitatem ac vanitatem ex-
agitat ; ac quibus eorum Deos, ac demones traducit,
Gedeonis gladium video, aut illius trecentas tubas,
atque lampades, quibus alienigenas exterret, ac in
stuporem vertit ⁵³ ; propriisque ipsorum sermonum
atque actionum Jaqueis, innecti facit. Aut Barach ⁵⁴
Jephtheque enses ⁵⁵ ; aut Samsonis mandibulam,
qua hostes milleni percussi collidébantur atque
cadebant ⁵⁶.

Cum in eas, quibus Filii ac Spiritus Deitatem
tuetur, quibus alienigenarum decretum omne
atque doctrinam excindit, ac præsertim Macedonii
Ariique ac sequacium Impudentem amputat bla-
sphemiam, statim admirandi illius Davidis facinoris
memini, triplici lapide funda rotato alienigenam
percutientis, atque procax illud caput amputantis,
ac salutis cornu Israeli erigentis ⁵⁷ : aut Samuelis
illo superiorum tonitruum, atque fulgurum, vehe-
mentiumque e cælo imbrium, quibus is insipientem
Israel emudiebat ⁵⁸ : aut ignis Eliæ, quo holo-
causta ac ligna consumpsit ⁵⁹ ; uti etiam postea
illo duorum quinquagenariorum principum audaciam
contrivit ⁶⁰, aut ejus ipsius gladii quo prophetas
confusionis (id est, Baal) justissime interemit ⁶¹.

Cum laudatorias ac quæ de Dei hominis in carne
negotio sunt orationes lego, quibus sacras solemn-
itates exornat, Dei revera vocibus Ecclesias illumi-
nans, atque oblectans, cum Elia in cælum levor ⁶²,
igneaque eloquia haud secus ac flammeos currus
inscendens, sublimis ad Dominum tollor : ejusque
etiam incotem, quam Elisæo tribuit, cogito ;
quinimo, quæ illi comes est, duplicem Spiritus
gratiam, qua nedum impietatis fluente inhibentur ⁶³,
verum etiam steriles animæ secundissimæ reddun-
tur ; ac quæ per fidei pravitatem interierunt, cre-
duntur vitam recipere ⁶⁴.

Cum antistitum laudes, ac martyrum ; ad hæc
etiam, quæ illius, moribus instituendis aborta-
tiones exstant ; divinæ ejus sapientiæ varietatem,
multipliciaque ac diversi generis opuscula, ac lu-
cubrations metro, solutaque oratione inecum per-
tracto, Salomonis animi profundum contueor ;
quia et præ illo, ac majus aliquid possumus dicere.
Nam Salomon quidem, cum sapientiam, rerum
scilicet scientiam petiisset, ac accepisset ⁶⁵ ; sic
elementorum indoles, animalium ortus, plantarum
diversa genera, ac eorum quæ sub sole sunt, aut
fiunt, operationes viresque intellexisse perhibitus
est, ut superiorum exstiterit nemo hac illi scientia
par, aut post eum surrecturus sit ⁶⁶. Gregorius au-
tem cum humana illa sapientia nihil, ac certe
parum quid a Salomone deficeret ; ea ceu rudi-
mento ad divinam sapientiam usus, tantum illa
Salomoni præcelluit, quantum Salomon reliquis
præfulsit. Ac quidem ille, creatorum se contem-
plationi dedens, perspicacem in ea animi vim
insumit ; hic autem ex creatis ad incomprehensi-
supra quam ignotam notitiam transvectus, sum-
meque mysticam ac abstrusissimam nactus incom-
prehensionem, eaque apprehensa, ipsam in ea
contemplationem sistit.

Ac quidem Salomon multiformem ac dividuam
naturæ doctus rationem, intelligentiæ abundantiam
multis libris editis produxisse proditus est : Gre-
gorius autem naturæ supra quam divinæ Unitate
ac Trinitate eximie perspecta ac intellecta, sermo-
nis pulcherrimi vi, ac illustrante Deitatis gratia,
cunctis simul ætatibus divina alte edisserit. Atque
ille quidem, ea, quæ sæculi usu consistit, solertia
ac sollicitudine elatus, ac carnis prudentia victus,
quam procul, heul ab spiritu recessit, eorum
nomine quæ sibi deligenda putavit (ne quid nefan-
dum dicam) vituperio dignus ⁶⁷. At Gregorius,
qui Spiritu Dei ageretur ⁶⁸, quanquam ad ejusmodi
sapientiæ pelagus evaserat, facile tamen, ac leni
aura navigat, divino scilicet Spiritu per spirita-
lem disciplinam, vitæque institutionem ad cœlestem
superecœlestis sapientiæ portum ipsum dirigente ;
carnisque affectuum ac libidinum, tanquam flu-

⁵⁰ Psal. xvi, 4. ⁵¹ II Tim. iv, 13. ⁵² Psal. ii, 2. ⁵³ Judic. vii, 20. ⁵⁴ Judic. iv, 16. ⁵⁵ Judic. xi, 32. ⁵⁶ Judic. xv, 15. ⁵⁷ I Reg. xvii, 40. ⁵⁸ I Reg. xii, 17. ⁵⁹ III Reg. xviii, 38. ⁶⁰ IV Reg. i, 9. ⁶¹ III Reg. xviii, 40. ⁶² IV Reg. ii, 9 seqq. ⁶³ IV Reg. xii, 14. ⁶⁴ IV Reg. iv, 16. ⁶⁵ II Paral. i, 10. ⁶⁶ III Reg. iii, 12 ; iv, 30. ⁶⁷ III Reg. ii, 1 seqq. ⁶⁸ Rom. viii, 14.

ciuum insurgente vi natalu superior, atque emergens, tutissimo exitu animi propriam navigationem obsignavit, ac clausit.

Postquam autem, quam sibi propositam habuerat impensoris illius consilii actionem, faustum finem, ac pro ejus diligentiae, ac spei ratione convenientem, vidit accepisse; omni scilicet populari tumultu ac contentione, Anomæorumque linguæ improbitate ac contradictione divisa prorsus, atque conscissa; omnique sacro Orthodoxorum cœtu sacris Ecclesiis restituto, sicque virtute ac fide adulto, ut super eos divina omnino efflorescere sanctificatio conspiceretur⁶⁶. Aderant quidem quorum adventus expectabatur præstantiores episcopi atque proceres; aderant, non ut Ecclesias collapsas erigerent (jam enim sacri antistitis sudoribus id ante præclare præstitum erat), sed ut illius acta confirmarent. Non ut notantem fidem firmarent ac stabilirent (quam ille factis ac sermonibus adamantinis communiverat), sed ut ejus de Deitate doctrinam calculo approbarent. Nec ut Consubstantialitatis gloriam tunc Spiritui deferrent, Deumque pariter ac Patrem Filiumque assererent, sed ut omnes communi suffragio, illius divinis prædicationibus consentirent.

Quod enim magno prius tonitruo filio⁶⁷ concessum est, ad Unigeniti gloriam declararet, ac præ reliquis Evangeliorum scriptoribus, ipsum Deum clare prædicaret; quamobrem etiam scite Theologus nuncupatus est; hoc ipsum plane, huic quem laudamus, quod ad Paraclætum attinet, postea donatum est. Cum enim alii a Deitate extraneum traderent; alii componerent quidem Deitati, ut tamen palam Deum nuncuparent, induci non possent; sed vel suæ ipsi ignaviæ, vel imbecilliorum animis ea temperatione consulerent; solus hic, primusque fere præ omnibus Spiritum Deum Patri ac Verbo consubstantialem perspicue ac valde clare fiduciaque prædicavit; cujus etiam liberæ prædicationis magnificentissimum præmium consecutus est, ut qua aliis præstat excellentia, Theologi nomen nancisceretur, auri scilicet thesauris innumerabilibus, cunctisque pretiosis lapidibus longe clarius.

Sacro igitur episcoporum cœtu, universaque civitate, quod Ecclesia victoria potiretur, id vero ejus certaminum, laborum, sermonum facinus, cœrem omni majorem fide testantibus, eique mutationis in melius causam ascribentibus, ac velut dignum præmium sublimi eum sede collocandum operæpretium ducentibus; ipse negotiorum ecclesiasticorum, turbarumque pertæsus; ad hæc etiam ut de ejus institutione ac sede ortas disceptationes vitaret, eaque ratione Ecclesiarum pacem procuraret; quin jam quoque curam placendi aulae, civibusque declinans. Plerique enim sacerdotes ad sua ipsorum desideria lubentius trahunt, quam ut

A eorum ipsi consilia sequantur; maluntque sibi eos addicere, quam ut ii pietatis lege ipsis addicantur. Ipse vero, cum hactenus omnibus placere sustinisset, ut quod in ipso erat, juxta magnum Apostolum⁶⁸ omnes lucrifaceret; quod amplius est, velut studii libidine placendi, ac assentationis crimen submovens, diffiansque; necnon ejus quam amaverat a principio, coalumnamque habuerat, philosophiæ supra modum desiderio accensus; unamque eandem, supernam scilicet, nulli invidiæ expositam, ac intransferibilem; vitæ autem hujus laborum mercedem, ejus ascensum, proque illa sessionem, sciens; quem homines honorem deferrent, spernit; litibusque expositam sedium celsitatem volenti cedens; ac Vale Ecclesiæ, Augustisque dicens, urbanis se turbis, ac negotiis eximens, ad terram hactenus patriam commigrat.

Illuc iterum reversus, paternaque Ecclesia, amentium labe purgata Apollinaristarum, atque domesticis fidei tradita; ac tum exinde, in terræ angulum solitarius secedens, ab exteriorum se curis omnino collegisset; Ecclesiarum quidem præsidem per epistolas constabiliendo coagmentabat; ipse vero potioris vi contemplationis, absolutissimæque philosophia supremo desiderabili consuescens, ac ipso arcanorum præceptore utens, omnem tum figurarum sacrarum symbolorum expressius perfectiusque veram notitiam docetur; tum et ipsam symbolica omni repræsentatione superiorem, illique eminentem, veritatis scientiam.

C Alii quidem prophetarum, aliis in Spiritu visionibus vi animi rectrice ac mente informati; atque alii quidem super solium excelsum et elevatum⁶⁹; alii animalibus quadriformibus vectum, invisibilem conspicati⁷⁰; ac modo quidem electri, modo ignis specie⁷¹; aliasque rursus humana eum forma considerantes⁷², variis figurarum simulacris, ac diversi generis formis tanquam qui per naturam⁷³, nulla certo specie formaque designetur, sitque universorum auctor, atque ea ratione pro eo ac videntes capiunt, indulgentia cuncta subeat atque induat; tanquam in ænigmatis obscurisque repræsentationibus, omni vacantem quantitate ac qualitate, in antecessum videbant. Hic autem, omnium simul visionum, quas seorsim singuli aspectarunt, illustrationes, vique sincerissime edoctus, omnique Evangelio exhibitæ veritatis luce, altissimæ contemplationis compendio imbutus; atque veteris fundamento, nova illa superædificata sacra scientia, omnis plenitudinis sapientiæ Dei vasculum, sedesque efficitur. In Christo quidem omnem plenitudinem divinitatis corporaliter inhabitare credimus⁷⁴; in hunc autem, totum per Spiritum sentinus Christum commeasse.

D Jonas quidem ille Amathi filius, Daniel quoque, ac tres pueri; prior quidem, belluæ marinæ projectus⁷⁵; alter, esca leonibus in lacu datus⁷⁶; po-

⁶⁶ Psal. cxxxii, 18. ⁶⁷ Marc. iii, 17. ⁶⁸ I Cor. ix, 19. ⁶⁹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷⁰ Ezech. x, 18 seqq. ⁷¹ Ezech. i, 27. ⁷² Ezech. viii, 2. ⁷³ Dan. vii, 9. ⁷⁴ Col. ii, 9. ⁷⁵ Jon. ii, 2. ⁷⁶ Dan. xiv, 31 seqq.

ix, 19. ⁷¹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷² Ezech. x, 18 seqq. ⁷³ Dan. vii, 9. ⁷⁴ Col. ii, 9. ⁷⁵ Jon. ii, 2. ⁷⁶ Dan. xiv, 31 seqq.

strenu, in fornacem ignis injecti, horum singuli oratoriam domum⁷⁹; Jonas, cetum; Daniel, lacum; tres pueri, fornacem effecerant. Precabantur enim, ut ipsorum vita ab interitione labeque emergeret; liberationem precibus exposebant; et vero divino nutu obtinuerunt; Jonas, e ceto; Daniel, e lacu; pueri tres, e fornace ignis liberati. Gregorius autem, tum bestiam, tum lacum, tumque ignis fornacem, corpus existimans, corporisque malum habitum, seu ejus ægrotam valetudinem, atque vitia, quæ animo etiam summe philosopho, ac contemplatione provecissimo quandoque molestiam faciant, divinorumque (ut ipsius verbis utar (13) ei radiorum lucem tanquam interjecta nubes adimant, his tanquam vinculis exsolvi precibus ad Deum flagitabat; ac cum solvere desideraret, et esse cum Christo, ingemiscebat⁸⁰, quemadmodum magnus Apostolus, gravatus, ac, sicut ille, habitaculum quod de cælo est, indui cupiens⁸¹.

Enimvero etiam quod precibus enitebatur, ac cupienti in votis erat, hoc consequitur; Inque bona ac pingui senectute⁸², vitam solvit; ac cum pridem suas omnes vitæ rationes in cælum transtulisset⁸³, utique etiam eo commigrat. Ac quidem corpus, ut quod terra esset, terra obtegendum paterno in tumulto dimittit; ac cum ex tabulis cavisset sub uno occultandum lapide, spiritum in ejus deponens manus qui tradiderat⁸⁴, ad ipsum incontaminato animo transit. Ac sicut sacrum vas electionis divinus Paulus⁸⁵, divinissimo Christi sensu repletus, per eum non e terra, sed e cælo vocatus, inque lucem gentium⁸⁶, ac terræ salutem missus; cum multis defunctus periculis atque ærumnis, Dei salutare Evangelium mortalibus prædicasset, bonumque certamen legitime certasset, coronam justitiæ consecutus est⁸⁷; pariter etiam illius perfectus imitator altioris cælo Trinitatis nutu ad divinam Theologiam vocatus, ac cum ipse quoque per multa pericula divinam omni majorem essentia Consubstantialitatem annuntiasset, bonumque præclare certamen certasset, ac inoffensum pietatis cursum consummasset, rectamque accuratæ fidei regulam servasset, a rebus, quæ in aspectum cadunt solutus, his quæ mente intelliguntur, copulatur; atque peregre a mundo proficiscens, Deo præsens efficitur, ac tanquam mens incorrupta, incorruptis mentibus coaptatur.

Velut sapiens patriarcha, patriarchis; velut prophetica pollens gratia, prophetis; ac quidem apostolis unitur, tanquam apostolica maxime vita præfulgens; sacris præsulibus ac doctoribus, tanquam sacerrimus, doctrinaque præcipuus atque maximus; ac quidem martyribus, tanquam Trinitatis testimonio illis compar; justis autem, ac confessoribus,

tanquam plane exercitatione, quæ ad pietatem ducit, æqualis; ac demum societate cum omnibus, universis conjunctus; atque eam forte ob rem cunctis altius collocatus, ad ipsam pure purissimam Trinitatem propior accedit, atque ab ea, ejusque benignissima largitione, justitiæ coronam accipit; quin illam ipsam ornatu omnem mundum superante, immarcescibilem coronam gloriæ induit.

Decebat enim, ut qui tantos illius gratia agones in terra desudasset, ipsam in cælis velut coronam gloriæ, ac dignum victoriæ præmium acciperet; atque is qui pro ea laboribus defunctus, atque humilis abjectusque effectus esset, laborum eam remissionem ac exaltationem inveniret. Decebat, ut qui pro Unigeniti gloria, ac Spiritus æqualitate omnem laborem ærumnamque proclivis, suscepisset, eorum quoque claritate in sempiternum præfulgeret.

Divino olim proditum oraculo est, Enochum Deo placuisse, ac carne translatum esse⁸⁸, nempe exiguæ illius Dei notitiæ præmio id consecutum, ut ita transferretur. Deinde etiam Eliam Thesbiternum magnifice assumptum cum corpore⁸⁹. Igneus enim currus, ac equi ignei tollentes, non in cælum, sed, velut in cælum, aurigæ instar eum assumpserunt. Ut Gregorius, qui tanto præstantiori, ac majorem habente admirationem obsequio placuisset Deumque demeruisset, quanto fides quæ est veritate, illa perfectior est quæ in umbris posita est, ipse quoque ad Dominum commigrat, atque transfertur: neque id curru igneo cum corpore vectus, sed cum adhuc in corpore versaretur, virtutibus tanquam curru in cælum tollebatur, altisque animi sensis, ac contemplationibus, ad Altissimum sublimis assumptus, atque evadens, revelationum excellentia Deo excedebat; postea autem peregre factus a corpore, omninoque ad Dominum suum migratione e vita profectus, omnibus cum supermundanis virtutibus altiore quam pro mundi ratione cultu stipantibus, ac festive excipientibus augustissimæ coram Trinitati eximia præfulgens claritate apparet.

Verum, o mentis illius magnæ primæque ac divinissimæ discipule ac cultor, mentis perspicacitate maxima prædite. O Verbi illius vivi, quod primæ menti ac Patri unigena est, ac conjunctum natura, præco ac doctor eloquentissime! O divini Spiritus, qui cum Patre et Filio, ejusdemque classis atque ordinis numeratur, spiritualissime ac illustrissime adorator, clarissimeque ac summe conspicue Theologe! O qui diserte nobis, ac dilucide Trinitatem in unitate, ac unitatem in Trinitate adorandam Deum edisseris; hæc quæ a nobis tibi laudatio debetur. Ac siquidem eodigna illa videatur, tuum dubio procul munus, tuique laboris, ac tuæ in dno

⁷⁹ Dan. iii, 23. ⁸⁰ Philipp. i, 23. ⁸¹ II Cor. v, 2. ⁸² Gen. xv, 15. ⁸³ Philipp. iii, 20. ⁸⁴ Luc. xxiii, 46. ⁸⁵ Act. ix, 15. ⁸⁶ Isa. xlii, 6. ⁸⁷ I Tim. vi, 11. ⁸⁸ Gen. v, 24. ⁸⁹ IV Reg. ii, 11.

temporum prædictionis exitus (16) ac finis est. Sin autem longe abest a tua virtute, ipse cum Seraphim, vir beate, qui inaccessiblei Trinitati assistas, ac ter sanctum modulum illi ter sancto ter sancte proloquaris, divino tuo ad nos spiritu propior accede, ac seraphico igneorum eloquiorum calculo, atque carbone indigna continge labia, emundansque ab iniquitate, ac perfectiori adimplens sacra scientia, divinioreque dignans consummatione; primum quidem sanctæ Trinitatis secretiore doctrina ac

scientia divina, nostram divinius sublimiusque mentem adimple; tum vero admirabilium tuarum virtutum dignos laudatores effectos, in tua nos incontaminata ac immortalia comineantes tabernacula suscipe; ut tua ope clariore ac diviniore claritate, atque gratia supra quam exuberantes, digne tecum Deo claritatem dare mereamur, cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto, una Deitate, et regno, et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(16) Ad calcem scilicet orat. 20.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΗΤΟΙ ΑΘΛΗΣΙΣ,

Ευεργράφη δὲ παρὰ Νικήτη δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ Δαυὶδ, τοῦ Παφλαγόνοσ.

S. P. N. IGNATII

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

VITA SIVE CERTAMEN,

Auctore Niceta servo Jesu Christi, cognomento Davide Paphlagone (1)

(Mansi, Concil, tom XVI, col. 209.)

Præclarum juxta et salutare est, cum cæterorum quidem sanctorum omnium res in vita gestas exponere et enarrare, posterisque sæculis vitæ documenta, pariterque ad virtutem incitamenta tradere: tum vero maxime eorum qui fuere prædili venerando pontificatu, quique suo vitæ splendore acerbum adversarium ad gravissimam provocarunt invidiam, et cum invicta laborum omnium patientia, animique magnitudine, fortitudinem contra insectatorem eximiam declararunt. Quod si autem eisdem ad extremam et nostram ætatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præcunctis memorandi omnique laude prædicandi sint; ut qui propter temporum vicinitatem multo magis Ecclesiæ prodesse possint. Quod enim pervetustum est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi; ut

Πάντων μὲν τῶν ἀγίων τοὺς βίους ἀνατάττεσθαι καὶ διηγεῖσθαι, παιδευμά τε πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησιν ταῖς ἐπιούσαις τῷ παραδιδόναι γενεαῖς, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ σωτήριον· μάλιστα δὲ τῶν ἱεραρχίσεπιτῆ κεκοσμημένων, καὶ διὰ τῆς οικείας λαμπρότητος τοῦ βίου εἰς ζῆλον ἀκάθεκτον τὸν πικρὸν διώκτην ἀνερεθισάντων καὶ δυσμενῆ, καὶ διὰ τῆς ἀνευδότου τῶν πόνων ὑπομονῆς καὶ γενναϊότητος λαμπρὰν ἐπιδειγμένων τὴν ἀριστείαν κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τοῦτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῷ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἴεν ἀπάντων καὶ ἀξιεπαίνετοι, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπλου κατὰ χρόνον διεσθῆς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστία τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θάπτον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις, ὡς κρείττον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν, τῶν πρεσβυτέρων

(1) Hujus versionis auctor Matthæus Raderus S. J., quod post Romanos editores Binius et Regius collector tacuerunt.

ἐκεῖνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν. Ὅσα δ' ἂν A τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς, μᾶλλον ἂν ὀίμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν Ἰσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον. Διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνεστήσασθαι νῦν [Ἰσ. νῦν σκοπὸς] τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα, καὶ μοι σφοδρὸς πόθος κατακάριος ἀληθινοῖς διηγήμασι, καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλαγμένοις ψευδοῦς, τὸν μέγαν ἱεράρχην καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον, ὑπὸ γε Θεῷ Πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῆ καὶ συλλήπτορι, τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁποῖός τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἀποδείξει· Ἰγνάτιόν φημι τοῦτον, τὸν ὑστερον μὲν τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμῶν ἱεραρχῶν τὴν πίστιν, τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης ἀθλῆσιν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐδοκίμῃσιν ἀπολειπόμενον. Τοῦτω τὴν παρακαλουθήσασαν ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους βίωσιν μετὰ πλείονος ὑφηγούμενος τῆς ἀκριθείας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν ἀληθειαν ἐκ τῶν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων ἀπροσπαθῶς καὶ ἀνυποστόλως διηγούμενος, πέποιθα πρῶτον μὲν ἐνώπιον τῆς ἐνυποστάτου καὶ ζώσης δίκαια γράψειν Ἀληθείας· δεύτερον δὲ, τὸ χρόνοις ἱκανοῖς ἤδη καταπυκνωθὲν τῆς ἀγνωσίας νέφος, καὶ πᾶς τῶν πολλῶν ἀμαυρῶσαν διανοίας, λεπτῦναί τε καὶ σκεδάσαι· ὥστε τοὺς ἐθέλοντας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀληθειαν εὐκρινῶς ὁρᾶν, τὸν ἐργάτην μὲν ἀληθῶς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀρετῆς εἰδέναι, καὶ ὑμνεῖν, καὶ ζηλοῦν· τὸν αὐτοργόν δὲ τῆς κακίας καὶ τῆς

Ἰγνάτιος οὗτος ὁ μακαριώτατος καὶ θεῖος ἱεράρχης πατρίδα μὲν ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς Κωνσταντινούπολιν, ταύτην δὲ λέγω τὴν πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα· πατέρα δὲ Μιχαὴλ καὶ Προκοπίαν, τοὺς εὐγενεστάτους καὶ πιστοτάτους βασιλεῖς. Ὦν ὁ Μιχαὴλ μὲν Θεοφυλάκτου πατρικίου μεγαλοπρεποῦς υἱὸς ἦν, Προκοπία δὲ Νικηφόρου θυγάτηρ τοῦ εὐσεβοῦς ὑπῆρχε βασιλέως. Τούτου δὲ πρὸς τὰ ἄνωθεν χωρήσαντος βασιλεία, καὶ τοῦ υἱοῦ δὲ Σταυρακίου ὀλίγιστον χρόνον ἐπιβιώσαντος τῆ βασιλείᾳ, καὶ αὐτοῦ μεταναστάντος, Μιχαὴλ ὁ προβήρθεϊς οὗτος, ἅτε γαμβρὸς ὢν ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ τετελευτηκότος Νικηφόρου, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ τιμωμένων ἀποφερόμενος (κουροπαλάτης γὰρ ἦν), ψήφῳ μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῆς συγκλήτου πάσης, τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται. D Τούτου τὴν περὶ τὸ θεῖον εὐσεβῆ γνώμην, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, τοῖς ἱστορεῖν κατὰ μέρος ἐθέλουσι παρήσομεν· ἡμῖν δὲ ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον ἢ τοῦ ἡθους πραύτης τε καὶ ἐπιείκειαν ἦν ἔργοις ἐκεῖνος, καὶ οὐ πλάσματι μόνον ἐπεδείξατο· διετῆ γὰρ ὀλίγου δεῖν χρόνον εὐσεβεστάτα τὴν βασιλείαν διθύνας, ἐκουσίως αὐτῆς ἐξέστη, καὶ τῷ τυραννικῶς ἐπιθεμένῳ, Λέοντι δὲ τῷ Ἀρμενίῳ, φημί, στρατηγῷ μὲν πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἀνατολικῶν προχειρισθέντι, κατὰ Βουλγάρων δὲ στρατευσάμενῳ, κάκειθεν τὴν ἐπανάστασιν βουλευσαμένῳ, ὑποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ὁ μακάριος ἐκὼν, καὶ τῆς κοσμητικῆς ἀλαζονείας, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ

qui putent, illis majorum nostrorum sæculis multo promptius fuisse quam nostris cum virtute vivere. Quæ vero nostra memoria recte facta creduntur, illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant. Quapropter ingens me desiderium animi impulit ad causam hanc sive certamen oratione prosequendum, duceque et adjutore Deo, spiritu veritatis, ostendendum nescientibus, qui vir Ignatius, qualisque et quantus hic antistes et regię pastor urbis in vitæ suæ ratione fuerit: Ignatius, inquam, iste, qui ævo quidem posterior, nostra ætate floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil, vel de fide, vel confessione, vel decertatione pro justitia, laudeve pietatis erga Deum concessit. Hujus ego totum vitæ cursum dum ab ipso exordio ad exitum usque singulari cura exigo, rerumque de illo apud nos testatissimarum veritatem sive fama, sive scripto acceptarum, sine ulla affectus indulgentia et fraude expono, certo mihi persuado futurum, ut prius um teste ipsa vivente ac per se subsistente veritate, æqua præscribam; deinde nubem annorum utcunque multorum intercapedine concretam, animosque tenebris ignorantie involventem, discutiam dissipemque: ut qui veritatem penitus perspicere volent, æquitatis et virtutis cultorem vere nosse, celebrare laudibus, æmularique possint, malitiæ vero et improbitatis architectum jure detestari. Sed hinc jam nobis est exorillendum.

ἀδικίας ἐνδίκως ἀπωθεῖσθαι. Ἀρχτέον δὲ ἐντεῦθεν.

C Beatissimus hic et divinus antistes Ignatius Constantinopolim in terris patriam habuit, hanc, inquam, totius dittonis et imperii præclarissimam regiam: parentes vero, Michaelē imperatorem et Procopiam imperatricem, nobilissimos et religiosissimos principes. Atque Michael quidem Theophylacto patricio splendidissimo viro natus, Procopia vero a Nicephoro pio imperatore procreata est. Nicephoro porro ad cœleste imperium evocato, et Stauracio filio, cum regnum exiguo tempore administrasset, extincto, Michael hic Nicephori gener, ut dictum est, mortuo Nicephoro, cum inter palatinos (nam curopalates erat) principem locum teneret, auspice Deo senatusque decreto imperii sceptrā suscepit. Cujus ego religionem in Deum, omniaque virtutis ornamenta iis narranda relinquo qui res ab illo gestas sigillatim prosequi volent. Nobis ad decus illius memorandum sufficiat morum lenitas et clementia, quam minime fucatan factis ipsis declaravit. Etenim cum non toto biennio imperium sanctissime administrasset, Leoni Armeno per tyrannidem regnum invadenti libens volensque cessit, quamvis ipse præfecturam exercitus in Oriente illi prius commisisset. Expeditionem tamen cum in Bulgarios suscepisset, ibi per insidias defectionem molienti, sponte beatus ille imperium concessit, seseque ab omni fastu, bellisque civilibus atque invidia regni subduxit; ratus multo sibi rei que publicæ commo-

diolem utiliolemque voluntariam regni abdicatio-
nem et pacem, ut qui paci veræ natus esset, fore.
Decedit ergo ex urbe cum tota familia, atque in
Principes insulas secedit; ibique vitam monasticam
cum conjuge et liberis, non cultu tantum corporis,
sed re ipsa degit, causa sua supremo Numini per-
missa.

Beato huic Michaeli, omnique admiratione pro-
sequendo, qui terrarum regna cœlestibus permu-
tavit, quini omnino fuisse libèri perhibentur; mu-
licbris stirpis gemini, Georgo prima natuque ma-
xima, minima Theophano; quæ virginitatis laude per
omnem vitam in religione sanctissime custodita, fel-
luciter obierunt: tres vero stirpis virilis, Theophylac-
tus, Stauracius, Nicetas: quorum natu maximus Theo-
phylactus, et Stauracius, diademate imperii insigniti
sunt: sed Stauracius admodum adolescens ante pa-
tris abdicationem oppetiit; Theophylactus autem
una cum parentibus tunc in monachum attonsus,
Eustracius est appellatus. Nicetam primum decen-
nem ab avo Nicephoro hicanatorum domesticum
aiunt creatum, cujus gratia munus illud primo in-
stitutum: quartum vero decimum ætatis annum a-
ut tibi videris, sanctum Cyrillum a Chalcedonensi synodo discrepare, et diversa ab ea tenere probas : quod existimas eum unam asseruisse Verbi naturam post carnem assumptam, synodo duas naturas post unionem acclamante. Sed, ut verba inferunt, hoc dicto magis ac magis sanctæ quartæ synodo Cyrillus consentit, tantum abest, ut ab ea dissideat. Quandoquidem Nestorius statim atque quispiam duas de Christo naturas enuntiasset, dictum in proprium sensum trahebat, concludebatque duas personas : asserebat siquidem nullam esse naturam absque persona, propria nempe. Hujus ingenii perversitatem prævidens sanctus Cyrillus, unam dixit Verbi naturam, eamque incarnatam, non id innuens, Verbum eum carne unitum secundum hypostasim totum unam naturam factum fuisse ; si enim id innuens ita locutus fuisset, quemadmodum vos contenditis, ipse, sibi ipsi adversa atque contraria pronuntiasset, hic inquam, unam esse naturam Dei Verbi post incarnationem, hoc est, deitatem et humanitatem in unum ambas coactas, unam effecisse naturam, ut vos dicitis, compositam : alibi vero non tantum in secunda ad Sacensam epistola, sed fere, ut ita dicam, locis omnibus, in quibus de œconomia Christique mysterio agit, deprehenditur in duabus naturis Christum, et duas esse naturas post unionem, palam aperteque dicere : neque id solum, sed aliis quoque Patribus adversabitur, quod sane falsum est tantoque viro injurium. Fere enim omnes clare intonant Christum, hoc est, unam hypostasim in duabus naturis, et duas naturas esse post unionem : si ille Deus et homo idem perfectus est post unionem. Sed obiter totum, Christum, nempe unam naturam Verbi incarnatam tradens, ex partibus totum significavit : una siquidem natura Verbi eadem est, atque Dei, et Patris, et Spiritus sancti ; cum vero annectitur incarnata, quod notat animata anima rationis compote, et intellectuali, ut et ipse dicit, omnino nostram naturam indicat, quod exprimit, duas Christi naturas esse, divinam atque humanam : hoc si ita est, manifestum sit eum potius sanctæ quartæ synodo conformari, duas et ipsam obiter significantem naturas habere unam hypostasi Christum, et Dominum, et Deum nostrum. Audi nihilominus quid divus Cyrillus secunda ad Sacensam epistola tradat respondens, quod dixerat unam Verbi naturam incarnatam. Si unam dicentes Verbi naturam tacuissimus, non adnectentes incarnatam, quasi œconomiae mysterium adulterantes, esset fortasse ipsis oratio non absque verosimilitudine, cum fingant se interrogare : Ubi est perfectum in humanitate ? aut quomodo subsistat secundum nos essentia ? Cum vero et in humanitate perfectio, et nostræ naturæ indicatio introducta est, quod dicamus incarnatam, quiescant arundineum calamum sibi ad incumbendum supponentes. Ecce jam considera incarnatam ad nostram essentiam manifestandam appositam fuisse, doctorem asse-

τῆς Χαλκηδόνος σύνοδος, ἐκ δύο φύσεων κεχωρισμένων ἐλάλησεν. Ἐνταῦθα μὲν δοκεῖ παριστῆν ἀσύμφωνον, καὶ ἀνομολογόν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον πρὸς τὴν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι, διὰ τὸ οἰεσθαι αὐτὸν, μίαν ἀπὸ τὸν εἰρηκεῖναι τοῦ Λόγου φύσιν μετὰ τὴν σάρκωσιν, τῆς συνόδου δύο φύσεις μετὰ τὴν ἔνωσιν ἐκφωνησάσης. Ἄλλ', ὡς ὁ λόγος παρίσθησι, σύμφωνος ἔσται μᾶλλον ὁ Κύριλλος διὰ τῆσδε τῆς χρήσεως τῆ ἁγίας τετάρτης συνόδου, ἥπερ ἀσύμφωνος. Ἐπειδὴ ὁ μὲν Νεστορίος, ἠνίκα ἂν δύο φύσεις εἰλεγέ τις ἐπὶ Χριστοῦ, παραυτὰ συνήρπαζε τὴν φωνὴν εἰς τὸ οἰκεῖον βούλημα, καὶ συνῆγε δύο πρόσωπα. Ἐλεγε γάρ· Οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος, ἡγουν χωρὶς οἰκεῖου προσώπου. Τοῦτου οὖν τὴν δυστροπίαν προορῶν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου εἶρηκε, καὶ ταύτην δηλονότι σεσαρκωμένην, οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι ὁ Λόγος μετὰ σαρκὸς ἠνωμένος καθ' ὑπόστασιν, τὸ ὅλον μία φύσις γέγονε. Εἰ γὰρ οὕτως ἔνοων εἶρηκεν, ὡς ὑμεῖς φατε, τάχα ἂν ἀσύμφωνος καὶ διαμαχόμενος αὐτὸς ἐαυτῷ ἔσται, ὡδε μὲν οὕτως λέγων μίαν εἶναι φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου μετὰ τὴν σάρκωσιν, ἡγουν τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συναλθούσης ἀμφοτέρας ἀποτελέσαι μίαν φύσιν καθ' ὑμᾶς σύνθετον. Ἀλλαχόσε δὲ αὐτὸς ἐκείνος οὐ μόνον ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σούκενσον, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν εἰπεῖν ἐν οἷς διελεῖται περὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου φαίνεται πάλιν, ἐν δύο φύσεσι τὸν Χριστὸν, καὶ δύο φύσεις εἶναι μετὰ τὴν ἔνωσιν, τρανῶς διαγορεύων. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσται Πατράσιν ἐναντίος· ὅπερ ἔστι λέγειν ψευδῆς τε καὶ εὐσφημον. Σχεδὸν δὲ εἰπεῖν πάντες διαβρόχην κεκράγασιν, ὅτι ὁ Χριστὸς, ἡγουν ἡ μία ὑπόστασις ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσεις ἔσται μετὰ τὴν ἔνωσιν· εἶπερ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς τέλειός ἐστι μετὰ τὴν ἔνωσιν. Ἄλλ' ἐκ περιόδου τὸ ὅλον, ἡγουν τὴν Χριστὸν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην εἰπὼν, ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον ἐνέφηεν. Ἡ γὰρ μία φύσις τοῦ Λόγου ἡ αὐτὴ ἔστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, προσκειμένου δὲ ὅτι σεσαρκωμένη, ὅπερ δηλοῖ ἐψυχωμένη ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει, πάντως τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν δηλοῖ· ὅπερ ἐμφαίνει, ἡγουν τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις εἶναι, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην. Εἰ δὲ τοῦτο, φανερὸν ὅτι μᾶλλον συμφωνεῖ τῇ ἁγίᾳ τετάρτῃ συνόδῳ, δύο καὶ αὐτὸς διὰ περιόδου ἐμφήνας φύσεις ἔχειν τὸν ἕνα τῆ ὑποστάσει ὄντα Χριστὸν, καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Πλὴν οὖν ἀκουσον τί φησιν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Σούκενσον ὑπεραπολογούμενος, διὰ τὸ εἰπεῖν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην· Εἰ μὲν μίαν εἰπόντες τοῦ Λόγου φύσιν σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, σεσαρκωμένην, ἀλλ' ὅλον ἔξω τιθέντες τὴν οἰκονομίαν, ἦν αὐτοῖς τάχα που οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος, προσποιουμένοις ἐρωτᾶν· Ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἢ καθ' ἡμᾶς οὐσία ; Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δῆλωσις εἰσκεκόμεσται διὰ τοῦ λέγειν σεσαρκωμένην, πανσάθωσαν

καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ἐποστηρίσαντες. Ἰδοὺ ἄ
 σκόπει τὸ σεσαρκωμένην εἰς δῆλωσιν τῆς καθ' ἡμᾶς
 οὐσίας εἰσσεκομισθαι λέγοντα τὸν διδάσκαλον, ὡς
 εἶναι τὴν μίαν τοῦ Λόγου φύσιν καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς
 οὐσίας τὴν δῆλωσιν, διὰ τὸ, σεσαρκωμένην, δύο φύ-
 σεων θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος παραστατικόν.
 Καὶ μετ' ὀλίγα ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ· Ὅρθότατα δὲ
 καὶ πάνυ συχετῶς ἡ σὴ τελειότης τὸν περὶ τοῦ
 σωτηρίου πάθους ἐκτίθεται λόγον, οὐκ αὐτὸν
 μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθὼς νοεῖται καὶ ἔστι
 Θεός, καθεὶν εἰς ἰδίαν φύσιν τὰ σώματος ἰσχυ-
 ρισμένη, καθεὶν δὲ μᾶλλον τῇ χοικῆ φύσει. Δεῖ
 γὰρ πάντως ἀμφότερα σώζεσθαι ἐν τῷ ἐνὶ καὶ
 κατὰ ἀλήθειαν Υἱῷ, τὸ μὴ πάσχειν θεικῶς, καὶ
 τὸ λέγεσθαι καθεὶν ἀνθρωπίνως· ἡ αὐτοῦ γὰρ
 κέρονθε σὰρξ. Σκόπει πῶς φύσιν θείαν εἶπε καὶ
 φύσιν χοικὴν ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ σώζεσθαι καὶ μετὰ
 τὴν ἔνωσιν, καὶν οὐ ἀγανακτῆς, καὶ οὐ συγχωρῆς φύ-
 σιν θείαν καὶ φύσιν χοικὴν δύο φύσεις εἶναι.
 Καὶ πάλιν ἀλλαγῶ ἀκουσον Κυρίλλου ἐκ τοῦ περὶ
 Τριάδος λόγου· Διττὸν τὸν ἐφ' Υἱῷ λόγον ὁ σο-
 φώτατος Παῦλος, μᾶλλον δὲ σύμκας ὁ τῶν ἀγίων
 χορδὸς ἐγγνώκασί τε καὶ εἰσκόμίζουσι μετὰ τὸ
 ἐγνωθῆναι σαρκί. Ἄρα γε τὸν διττὸν ἐφ' Υἱῷ λόγον
 κατὰ τὴν ὑπόστασιν φησὶ εἰρηκέναι, ἢ κατὰ τὴν φύ-
 σιν; Εἰ μὲν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἰδοὺ τὸ τοῦ Νεστο-
 ρίου φρόνημα, ὅπερ ἔστιν ἀσεβές. Εἰ δὲ κατὰ τὴν
 φύσιν, σύμφημι, ὅτι καὶ Κύριλλος ὧδε συμφωνεῖ τῇ
 ἀγίᾳ τετάρτῃ συνόδῳ, δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ εἰ-
 ποῦση. Καὶ σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς τοῦ ἀγίου συγγράμ-
 μασι εἶροι ἂν τις αὐτὸν, διπλοῦν λέγοντα τὸν
 Χριστὸν μετὰ τὴν ἔνωσιν κατὰ φύσιν. Πλὴν εἰσα-
 χθῆτω αὐθις Γρηγόριος ὁ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ περιθόητος
 ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ λόγῳ συναπὸ τῇ ἀγίᾳ τετάρτῃ συν-
 ὄδῳ φάσκων· Θεός δ' ἂν λέγοιτο, οὐ τοῦ Λόγου,
 τοῦ ἐρωμένου δέ. Πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ
 Θεός, ὡς περ καὶ Πατὴρ, οὐ τοῦ ἐρωμένου, τοῦ
 Λόγου δέ; Καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς, ὥστε τὸ μὲν κυ-
 ρίως ἔξ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ
 τοῦ εἰς τὰ Γενέθλια· Ἀπεστάλη μὲν γὰρ, ἀλλ' ὡς
 ἀνθρώπος· διπλοῦς γὰρ ἦν. Εἰσαχθῆτω καὶ τοῦ
 Ἀμβροσίου Μεδιολάνων ἐπισκόπου πρὸς Γρατιανὸν
 βασιλέα, ἠγνίως χρῆσιν προήγαγε Κύριλλος ἐν τῇ
 κατ' Ἐφεσον συνόδῳ κατὰ Νεστορίου· Φυλάξωμεν
 τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκός· εἰς
 γὰρ ἐν ἑκατέρῳ λυλεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός· ἐπειδὴ
 ἐν αὐτῷ ἑκατέρῳ φύσεις ἐστίν. Ἰκανὰ μὲν καὶ
 ταῦτα παραστῆσαι τὴν συμφωνίαν τῆς ἀγίας τετάρτης
 συνόδου μετὰ Κυρίλλου καὶ τῶν λοιπῶν Πατέρων,
 καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου. Καὶ εἰ μὴ τις λόγου
 ἔκτασις διεκώλυε, τάχα ἂν πολλὰς καὶ σχεδὸν εἰπεῖν
 ἀπίστοις μαρτυραῖς, ἐκ τε Γραφικῶν λόγων, καὶ
 Πατρικῶν συγγραμμάτων, καὶ συλλογισμοῖς ἀπο-
 δεικτικῶς χρῆσάμενοι, παριστῆν εἰχομεν τῆς ἀγίας
 τετάρτης συνόδου τὴν συμφωνίαν πρὸς τὰς ἄλλαις
 τρισὶν ἀγίαις συνόδοις, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀλήθειαν.
 Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐναργῶς τοῦτ' ἐπαρίστησεν, ἀπό-
 στηθὶ τοῦ διασύρειν τὴν ἀγίαν τετάρτην σύνοδον, εἰπερ
 τὴν ἑαυτοῦ ἐπισκῆ σωτηρίαν, καὶ τοὺς κατ' ἐκείνο

rentem; ut sit una Verbi natura, et nostræ essen-
 tiæ manifestatio per illud incarnatam, quod duas
 naturas, deitatis atque humanitatis, constituat. Et
 paucis interjectis in eadem epistola: *Recitissime*
vero, et satis scite tua perfectio salutaris passionis
rationem exponit, non ipsum unigenitum Dei Filium
secundum quod intelligitur et est Deus, passum
fuisse in propria natura, sed in terrena contendens.
Omnino enim utraque conservanda sunt in uno et
vere Filio, non pati secundum divinitatem, si pati
secundum humanitatem: illius enim caro passa est.
 Naturam divinam, ut vides, dixit et naturam terre-
 nam in uno Christo conservari etiam post unio-
 nem, licet tu id ægre feras, neque concedas natu-
 ram divinam et naturam terrenam duas esse natu-
 ras. Et rursum alio in loco, audi Cyrillum ex ora-
 tione de Trinitate: *Duplicem de Filio rationem*
sapientissimus Paulus, imo universus sanctorum
cælius agnoverunt et tradunt post unionem cum
carne. Duplicemne ille de Filio rationem secundum
hypostasim posuit, an secundum naturam? Si se-
cundum hypostasim, Nestorii hæresim firmas, quod
impium est; si secundum naturam, et tunc aio
 Cyrillum etiam hoc loco cum sancta quarta synodo
 concordare, quæ duas in Christo naturas edixit, et
 fere eundem in omnibus suis commentariis offen-
 des, duplicem Christum asserentem post unionem
 secundum naturam. Accedat nihilominus rursus
 Gregorius in rebus theologis tractandis percele-
 bris, oratione de Filio, sanctæ quartæ synodo con-
 formis scribens: *Deus vero dicatur non Verbi, sed*
illius, qui conspicitur: qua enim ratione Dei pro-
pris Deus fuerit, quemadmodum et Pater, non illius
qui conspicitur, sed Verbi? namque erat duplex, ut
hoc quidem propriis de ambobus, hoc vero non pro-
pris. Eiusdem in Christi diem natalem: Missus enim
est, sed ut homo, duplex enim erat. Accedat quo-
 que Ambrosius Mediolanensis episcopus ad Gratia-
 num imperatorem, cujus verba Cyrillus in Epho-
 sina synodo adversus Nestorium produxit: *Conser-*
vemus deitatis et carnis discrimen: unde enim in
utraque loquitur Dei Filius, cum in eo utraque na-
tura sit. Et hæc quidem satis fuerint ad probandam
 consensionem sanctæ quartæ synodi cum Cyrillo,
 et aliis Patribus, necnon et synodò Ephesina.
 Quod si sermonis prolixitas non prohiberet, forte
 plerisque, et fere innumeris, ut ita dicam, testimo-
 niis ex divinis Eloquiis, et Patrum operibus petitis,
 necnon gravissimis ac firmissimis argumentatio-
 nibus in medium allatis sanctæ quartæ synodi cum
 aliis tribus et ipsa veritate concordiam comproba-
 remus; sed cum oratio aperta id demonstraverit,
 finem ponito, sanctam quartam synodum convi-
 clandi, si tuæ te salutis studium tenet, nec eos
 aversaris, qui eo temporis hominum frequentia
 conspicuam illam synodum cogi decreverunt, et le-
 gitime, quæcunque in ea acta sunt, decreto etiam
 suo stabiliverunt, Marcianum, inquam, et Pulche-
 riam, qui summopere majestatem imperatoriam

rectæ fidei sensibus cæteraque recti ordinis conservatione condecorarunt. Tanto enim Pulcheria immaculatissimam Deiparam Mariam, Matrem eam Domini fideliter compellens, et Dei genitricem, et ingenti fide venerans, cultu prosequabatur, ut templa, et potissimum in regina hac urbem sub illius nomine, quam maxima, pulcherrima, omnique ornatu conspicua, singulis cognomine ex loco, in quo exstructa sunt, indito, exædificaverit per ea intentam fidei in immaculatissimam, et Deiparam Mariam voluntatis inclinationem suæ omnibus ostendens. Propterea improbe eam, nec uti par est, quasi cum Nestorio sentiret, insimulas, dummodo et ipse Deiparam Domini Matrem agnoscat.

πάναγνον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν πᾶσιν ἐνδεικνυμένη. Διὰ τοι τοῦτο, οὐδὲ ὡς τὰ Νεστορίου φρονοῦσαν δεῖ σε αὐτὴν διασύρειν, εἴγε καὶ αὐτὸς Θεοτόκον ὁμολογεῖ; τὴν τοῦ Κυρίου Μητέρα.

12. Illud quoque in epistola tuæ magnanimitatis inerebatur: *Multa possemus testimonia de ea, quam nos statuimus, una nempe Christi natura post unionem sententia producere, nec ab ea aliena in mediam afferre: verumtamen cum in tuæ sanctitatis scripto nulla inessent divinorum Patrum testimonia, neque nos ea recollegimus. Nos nihilominus tuæ gloriæ consulentes, nunc pro iis ita enuntiamus: Haud decet te, utcumque et ut occasio tulerit, de fide et dogmatibus testimonia Patrum recolligere: sic enim et divinos illos Patres in crimen adduces, et tibi sanctam catholicam fidei rationem non conservabis. Multa siquidem Patribus sive per metaphoram, sive per æquivocationem, sive per conversionem, sive alio quopiam modo vocabulis abutentibus excidisse comperentur. Quinimo, et divinæ Litteræ, et usus ita nomina pertractant. Et conspicio mihi ipsum beatum Cyrillum hypostases naturarum, et naturas hypostaseon loco accipientem. Quale illud est: Si quis dividit hypostases. Kursumque idemmet dicit: *Inconfusæ permanserunt naturæ, hypostases nempe. Magnus etiam Athanasius, et personas in Christo duas esse contendit, quæ nisi quis asserat, dicta esse a Patribus, sic vocabulis abutentibus, eosdem hæresicos nota infamabit, et ex iis orationibus testimonia congerens sibi ipsi et aliis maxima incommoda comparabit. Verumtamen dictæ auctoritates, si cui id in animo fuerit, ex divinis Patribus seligendæ sunt, cum illi de rebus decernant, et determinant, propriamque sententiam declarant, quale fuerit de natura et hypostasi a magno Basilio decretum, qui inter ea discrimen apponit non aliud, quam quo universale et singulare inter se differunt: vel quo ipsi, licet in aliis plurimis operibus abutuntur, in alio tamen opere, quid ipsi sentiant, et quamnam ipsi ob causam abusi sunt, explanant: vel ea, in quibus plerique Patrum concordant, vel quæ synodali decreto firmata sunt, non autem ea, quæ ipsi aliud agentes scripto tradiderunt, in quibus sæpius exponendis, dum aliquis negligentius se gerit, dictionibus abutitur a vestris cogitationibus ad hoc ipsum distractus, vel quod aptitudinum nullam habens in promptu, vel cum**

Α καιροῦ τὴν πολυάνδρον ἐκείνην συναθροισθεῖσαν σύνοδον βασιλεῖς ὄρσαντας, καὶ ἐννόμως πάντα τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα καλεῦσαντας, Μαρκιανόν φημι καὶ Πουλχερίαν, οἱ μεγάλως τὴν βασιλείον ἐξουσίαν ὀρθοδοξία μετὰ καὶ τῆς λοιπῆς εὐταξίας ἐκόσμησαν. Τοσοῦτον γὰρ περιῆν τὸ σέβας τῇ Πουλχερίᾳ πρὸς τὴν πάναγνον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν, μητέρα τε τοῦ Κυρίου ταύτην πιστῶς ἀποκαλοῦση καὶ Θεοτόκον, καὶ μετὰ πίστεως πολλῆς ταύτην σεβομένη, ὡς καὶ ναοὺς κατ' ἐξαίρετον ἐν τῇ βασιλευσίᾳ πόλει ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεομήτορος μεγίστους καὶ περικαλλεῖς καὶ κατηγλαῖσμένους δείμασθαι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τῶν τόπων ἕκαστον, ἐν ᾧ ᾠκοδόμηντο, λαβόντα, δι' αὐτῶν τὸ θερμὸν τῆς πίστεως αὐτῆς τῆς πρὸς τὴν

Β' β'. Ἐνεφέρετο δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ γράμματι τῆς σῆς μεγαλονοίας, ὅτι *Πολλὰς εἰχομεν μαρτυρίας περὶ τῆς παρ' ἡμῖν δογματιζομένης, ἣν οὖν τῆς μιᾶς φύσεως τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἐνωσιν ὁμολογίας παριστᾶν, καὶ πολλὰ τοῦ λέγειν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲ ἐν τῷ γράμματι τῆς σῆς ἀγιωσύνης τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν οὐ περιεῖχε μαρτυρίας, οὐδὲ ἡμεῖς ἐνεγράψαμεν. Πλὴν οὖν διευθετοῦντες τὴν σὴν εὐκλειαν, καὶ ἐν τούτοις τανῦν λέγομεν. Οὐχ ἀπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, δεῖ σε μαρτυρίας Πατέρων περὶ πίστεως καὶ δογμάτων ἀναλέγεσθαι. Ἐπεὶ καὶ τοὺς θελοῦς Πατέρας ἐγκλήματι περιγράφειας, καὶ σὲ ἀσινῆ εἰς τὸν τῆς πίστεως λόγον οὐ διατηρήσειας. Πολλὰ γὰρ τοῖς Πατράσι πρὸς κατάχρησιν, ἦτοι κατὰ μεταφορὰν, ἢ ὁμωνυμίαν, ἢ ἀντιστροφὴν, ἢ ἄλλως πως ἔστιν εὐρεῖν λέγοντας, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ καὶ ἡ συνήθεια οὕτως τὰ ὀνόματα μεταχειρίζεται. Καὶ θεῖα μοι καὶ αὐτὸν τὸν μακάριον Κύριλλον τὰς ὑποστάσεις ἀντὶ τῶν φύσεων, καὶ τὰς φύσεις ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων ἐκλαμβάνοντα. Οἶόν φημι· *Εἰ τις διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει· Ἀσὸγγυεοὶ μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἣν οὖν ὑποστάσεις. Ὁ τε μέγας Ἀθανάσιος καὶ πρόσωπα ἐπὶ Χριστοῦ δύο εἶναι διισχυρίζεται, εἰ μὴ τις τοῦτο εἴποι, ὅτι καταχρηστικῶς τοῖς Πατράσι ἐρρήθη, αὐτοὺς τε τούτους αἰρετικῶς ἀποφήσειε, καὶ ἐκ τῶνδε τῶν λόγων ἀναλεγόμενος χρήσεις, ταυτὸν τε καὶ ἄλλους μεγάλως βλάψειεν. Ἀλλὰ χρὴ τὰς τοιαύτας χρήσεις, εἴ τις βούλοιο ἐκ τῶν θείων Πατέρων ἀναλέγεσθαι, οἷον νομοθετοῦντας περὶ τινῶν πραγμάτων, καὶ ὁροθετοῦντας εὐρισκομένους, καὶ τὴν οἰκίαν γνώμην ἀνακαλύπτοντας. Οἶόν ἐστι τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ὄνομα παρὰ Βασιλείου τοῦ πάνυ λαβῶν διάκρισιν, ταύτην ἔχοντα τὴν διαφορὰν πρὸς ἄλληλα, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθέκαστον, ἢ καὶ αὐτοὺς καταχρησαμένους ἐν ἄλλοις ὅτι πλείστοις αὐτῶν συγγράμμασι διασαφοῦντας κυρίως, ὅπερ ἀλλαχόσε κατεχρήσαντο, ἢ καὶ ἐν οἷς σύμφωνοι οἱ πλείστοι τῶν Πατέρων γενέσασιν, ἢ καὶ συνοδικῶς ἐκυρώθη, ἀλλὰ μὴ τῷ ἐξοδικῷ λόγῳ, ᾧ πολλάκις ἄν τις κατὰ τὴν ἐρμηνείαν καὶ ἀμελέστερον διακείμενος καταχρήσοιτο λέξεσιν, ὑπὸ ὑμετέρων νοημάτων πρὸς τοῦτο ἀγόμενος, ἢ καὶ μὴ**

πρόχειρον ἔχων τὴν ἐπιτηδειότητα, ἢ καὶ τισι τῶν Ἀ
 ἑτεροδόξων ἀντικαθιστάμενος, καὶ κατ' ἄλλας δὲ παρα-
 φάσεις τῆς τῶν ὀνομάτων ἀκριβείας μὴ φροντίσει,
 οὐ δεῖ ἐκ τοιούτων χρήσεις ἀναλέγεσθαι, ἀλλ' ὡς
 ἀνόπιν ἔφαμεν. Τοῦτο δὲ καὶ σὺ ποιῶν, οὐκ ἂν εὖροις
 παραστῆσαι χρήσεις συνιστώσας τὸ περὶ μιᾶς φύσεως
 τοῦ Χριστοῦ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον.

ιγ'. Παρακατιῶν δὲ ἐν τῷ γράμματί σου, καὶ οἶονεὶ
 ἀχθόμενος πρὸς ἡμᾶς, διότι γεγράφαμεν, ὅτι οἱ λέ-
 γοντες μίαν φύσιν εἰς Χριστὸν Εὐτυχιανισταὶ εἶσι,
 καὶ τῷ αὐτῷ ἀναθέματι καὶ κρίματι καθυποβάλλον-
 ται, τοιάδε γράφεις· Καὶ λέγομεν, δέσποτα, οὐκ
 ἐποίησω ἐν τούτῳ εὐθείαν κρίσιν, διὸ καὶ πειρᾶ-
 σαι τοῦ Εὐτυχοῦς τὴν δόξαν ἐκτίθεσθαι, διασαφηνί-
 ζειν τε, ὅτι ἀνάχυσιν καὶ ἀνάκρασιν δοξάζει ἐπὶ τῆς
 οἰκονομίας, καὶ ἐκ τῶν ἀγίων καὶ ἀχράντων αἱμά-
 των μηδὲν τὸν Θεὸν Λόγον προσλαβέσθαι λέγει, ἑαυ-
 τὸν δὲ παραστῆσαι μὴ εἶναι συγχυτικόν, καὶ ἐτέρως
 δοξάζοντα μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ, δι' αὐτὸ τοῦτο,
 μηδὲ τῷ αὐτῷ ἀναθέματι δικαίως καθυποβάλλεσθαι.
 Ἄλλ' εἰ μὲν ὁ λόγος ὁ σὸς τὸ διάφορον τῆς δόξης,
 φημί δὴ τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ τῆς σῆς ὁμολογίας, βούλε-
 ται παριστᾶν, ὡς ἐντεῦθεν μηδὲ τῷ αὐτῷ ἀναθέματι
 συναπάγεσθαι, ὁ γοῦν ἡμέτερος λόγος τῆς ἀποδείξεως
 οὕτω λέγοντά σε μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς ἐνώσεως Χρι-
 στοῦ, κἂν μὴ ἐκ πρώτης οὕτως εὖροις δοξάζοντα,
 ἀλλ' ἐξ ὧν λέγεις, ἐξάπαντος εἰς τὸν τῆς ἀναχύ-
 σεως τρόπον περιάξει, καὶ τοῦτό σοι δῆλον ἐντεῦθεν.
 Τρεῖς τοίνυν αἱ ἀνωτάτω δόξαι περὶ τῆς ἐνώσεως
 τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων κατεβλήθησαν, διαιρητική,
 συγχυτική, καὶ ἡ κυρίως ἐνωτική λεγομένη. Αἱ μὲν C
 οὖν δύο παισὶν αἰρετικῶν ἐπαίχθησαν, καὶ παιζέ-
 σθωσαν. Καλῶς γὰρ προλαβὼν αὐτοὺς ὁ θεῖος Γρη-
 γόριος ἐστηλίτευσεν. Ἡ τε γὰρ διαιρητικὴ σχετικὴ
 τις οὔσα, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὰς φύσεις συνάπτουσα,
 κενωρισμένα πρὸς ἄλληλα καταλείπει τὰ πράγματα,
 μηδὲ ὅσα ἴδια τούτοις διδοῦσα, ἢ ἀντιδιδούσα. Ὡς ἐν-
 τεῦθεν δύο φύσεις πάντῃ χωριστὰς ἀλλήλων ὀρίζεσθαι,
 πλην ὅσον ἀξία, καὶ γκώμη, καὶ ταυτοθυλίᾳ τὸν τῶν
 φύσεων χωρισμὸν φενακίζει τοὺς ἀφρονάς. Τοιαύτη ἡ
 τοῦ ματαιόφρονος Νεστορίου δόξα, ἢ δὲ κατὰ διάμετρον
 ταύτης καὶ συγχυτικὴ πλεῖστα ἀφανίζουσα, καὶ συγ-
 χέουσα, ἐν τι πᾶγμα νόθον ἀναπλάττει τε καὶ φαντά-
 ζεται, ἐν αὐτῷ ὁποτέρῳ τῶν ἠνωμένων καθαρῶς τὸ ἴδιον
 ἀποσώζουσα, ἀλλὰ τοῦτο ἐκεῖνο, κάκεινο τοῦτο, καὶ D
 διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ ἐκεῖνο συγχωροῦσα. Νόθον
 γὰρ ἅπαν τὸ ἐκ τῆς συγχύσεως ἀναφαίνεται, οὐδὲν
 ἔχον καθαρὸν, οὐδὲ ἐν τῇ μονίμῳ ἰδρυμένον ἑαυτοῦ
 ἰδιότητα. Ἡ δὲ τούτων μέση ἀσύγχυτός τε καὶ ἀδιαί-
 ρετος ἔνωσις οἷδε μὲν τὰ ὀραθέντα ἀνελλιπῶς ἔχοντα
 κατὰ τὴν αὐτῶν ἰδιότητα διὰ τὸ ἀτρεπτον, κοινῶς
 δὲ ταῦτα καὶ ἐνὸς εἶναι ποιεῖ δι' αὐτὴν γε τὴν οὐ-
 σιώδη ἔνωσιν, ὡς εἰ καὶ τὰ μὲν κυρίως ἴδια θατέρου,
 κοινὰ τοῦ ὅλου, τὰ δὲ τοῦ ὅλου κοινὰ, θατέρου ἴδια
 διὰ τὴν ἐν θατέρῳ τοῦ αὐτοῦ ἀσύγχυτον ἰδιότητα.
 Οὐ γὰρ ἂν ἀντίδοσις τῶν ἰδιωμάτων ἐγένετο, εἰ μὴ
 ἐν ἑκατέρῳ ἔμεινεν ἐν τῇ ἐνώσει ἡ ἰδιότης ἀκίνητος.
 Ἔστιν οὖν ἡ τοιαύτη ἔνωσις τῶν μὲν πάντῃ διαι-
 ρετῶν ἐνικωτέρα, τῶν δὲ πάντῃ συγχυτικῶν πλου-

aliis opposita, sentientibus decertans, alias quoque
 ob causas nominum accuratam significationem ne-
 glexit. Ex similibus testimonia congerenda non
 sunt, sed, ut supra diximus. Id tu quoque ubi foc-
 ris, nulla comperies testimonia Patrum, quæ sen-
 tentiam tuam de una Christi natura comprobent.

13. In epistola vero tua progressus, veluti in-
 dignatus molesteque ferens, quod nos scripseri-
 mus, asserentes unam in Christo naturam Euty-
 chianos esse, eodemque anathemate ac iudicio sub-
 jici, hæc scribis : *Ei dicimus, domine, in hoc te*
non recte iudicium tulisse ; ideoque Eutychetis
 opinionem exponere conaris, declarareque cum
 confusionem commutationemque in œconomia po-
 nere, nihilque ex immaculatis sanctisque sangui-
 nibus Deum Verbum assumpsisse, te ipsum vero
 probare non introducere confusionem, et alibi
 unam naturam affirmantem in Christo, non propter
 ea anathemati merito subjici. Et licet sermo tuus
 opinionis Eutychieanæ tuæque confessionis discrimen
 extricare nitatur, ut inde ab anathemate
 contra Eutychem lato immunis esse videaris, no-
 stræ tamen demonstrationis ratio te unam naturam
 in unione Christi asserentem, etsi ipso primo aspectu
 te ita constiteri non compererit, omnino in confu-
 sionis modum adducet : quod tibi hisce manifestum
 fuerit. Tres ergo supremæ opinioniones de unione
 naturarum in Christo conceptæ sunt, divisiva, con-
 fusiva, et quæ proprie appellatur unitiva : quarum
 duæ ab hæreticis quasi joci ridiculi divenditæ
 sunt et divenduntur. Probe enim eos præoccupans
 divinus Gregorius infamavit : namque divisiva,
 cum relativa sit, et neque in ipso initio naturas
 conjungat, separatas inter se res relinquit, neque
 illis communia, neque peculiariora exhibet, aut
 reddit, ut inde duæ naturæ omnino a seipsis dis-
 pertitæ constituentur, et hæc tantummodo digni-
 tate, et opinione, et consilio naturas dividens fu-
 cum insipientibus facit, estque stolidi Nestorii.
 Quæ vero illi ex diametro opponitur, plura dirimens
 et confundens, spurium nescio quid sibi fingit, et
 imaginatione complectitur, in neutra unitorum
 parte pure proprium conservans, sed hoc illud est,
 et illud hoc : ideoque neque hoc, neque illud con-
 cedens : quod enim ex confusione oritur, spurium
 est, nihil purum continens, in ipsa sui stabili pro-
 prietate minime firmum. Harum media inconfusa
 et indivisa unio agnoscit equidem conspecta inte-
 gra esse propter suas proprietates, quæ immutata
 non sunt. Communiter autem hæc, et unius esse
 fatetur propter essentialem unionem, et propria
 unius, totius communia : quæ vero totius commu-
 nia, alterius quoque propria propter illius in utro-
 que inconfusam proprietatem. Neque enim pro-
 prietatum mutua compensatio fieret, nisi in
 utroque remaneret, in unione proprietas immota.
 Est itaque similis unio eorum, quæ penitus divi-
 duntur, magis unitiva, eorum, quæ prorsus con-

sumuntur affluentior; ut neque omnino idem esse faciat simul unita, neque prorsus aliud. Si itaque nihil omnino idem, neque ex omnibus aliud, quod ex unione oritur, est, quærendum ubi unam idem, ubi vero aliud veritatis norma cognoscit, idem quidem secundum hypostasim, aliud vero secundum naturam; opposito namque modo, quam in Trinitate, ut divinus refert Gregorius, se habet. Quod si id adversariis non probatur, quod sequitur ipsi concludant. Omnino etenim si hypostasi non esset idem, ergo natura, concedent, et si hoc una omnino, et eadem fuerit ratio deitatis, et humanitatis per unionem; etsi id idem fuerit unio et natura: idem enim de utrisque prædicatur. Quemadmodum enim quorum natura una est, horum et ratio eadem: sic necessario sequitur; quorum unio simul, et in eodem, eorum secundum ipsos et naturam esse communem. Ergo et oppositum, quorum natura una, horum hypostases diversæ; cum vero unam naturam una persona circumscribat, quid inde colligitur? unam esse naturam carnis, et deitatis, ideoque confusionem: hypostases vero duas. Quod si neque natura, neque hypostasi, et numero unum habent, quæ convenerunt, ubinam fuerit per unionem unitorum identitas? Quod si et natura, et hypostasi unum invicem sunt, ubinam immutabilitatis et inconfusionis ratio unioni conservabitur? Colligitur igitur omnimodis adversus eos, qui dicunt unam in Christo naturam, confusionis ipse modus, licet ipsi id renuant. Aliæ quoque ratione hoc idem probatur, asserentes scilicet unam in Christo naturam in confusionis modum incidere. Interrogamus itaque vos: Quæ in unum convenerunt inconfusa in unione, agnoscuntur a vobis, vel non? Omnino asseretis inconfusa, nisi cum Eutychianis sentire velitis: quæ vero convenerunt, etiam secundum vos duo sunt, deitas nempe et humanitas: qua vero ratione, quæ confusa non sunt in unione duo, etiam post unionem duo non agnoscitis? Et si agnoscitis, quare id non fateamini? et si fateamini, quare ea abhulistis numerare, quorum naturæ proprietatem inconfusam etiam post unionem scitis? Quod enim constat, ait divus Basilius, *idipsum et numerant*. Quod si non numeratis, patet vos istud non constiteri: quod si non constiteri neque agnoscitis, et si non agnoscitis, non dicitis duo esse, quæ convenerunt: sicutque jam immutata est corporis, quæ convenerunt, una natura ipsa aliter. Hoc idem alia ratione. Universa integritas vel ex partibus similibus consistentiam habet, vel ex dissimilibus. Si ex similibus, omnino hoc eodem est, et incompressa: si ex dissimilibus et diversis naturis consistit, omnino composita est: si quæ ex diversis naturis consistit, composita sunt. Cum itaque Christi integritas ex partibus dissimilibus, differentibus scilicet naturis sui compositionem habet, deitatis mente humanitatisque, et hæc diversa in unione remanserunt, in quibus vero differentia est, omnino ibi, et binarius ad minus numerus

A σωτέρα, ὡς μήτε πάντη ταυτὸν εἶναι ποιεῖν τὰ ἐνωθέντα ἀλλήλοις, μήτε πάντη ἕτερον. Εἰ τοίνυν μήτε πάντη ταυτὸν, μήτε ἐξ ἄλλων ἕτερον τὸ ἐκ τῆς ἐνώσεως ἀποφαίνει, ζητήσον πῆ μὲν ταυτὸν, πῆ δὲ ἕτερον ὁ τῆς ἀληθείας λόγος οἶδα. Τὸ μὲν ταυτὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τὸ δὲ ἕτερον κατὰ τὴν φύσιν. Ἐμπαλιν γὰρ ἢ ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει κατὰ τὸν θεὸν Γρηγόριον. Εἰ δὲ τοῦτο τοῖς ἐναντίοις ἀπαράδεκτον, τὸ ἐξῆς αὐτοὶ συναγέτωσαν. Πάντως γὰρ εἰ μὴ ὑποστάσει τὸ ταυτὸν, ἀρα φύσει δώσουσιν. Εἰ δὲ τοῦτο, εἰς θεοῦ καὶ ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος διὰ τὴν ἐνωσιν. Καὶ εἰ τοῦτο, ταυτὸν ἔστιν ἐνωθὲς τε καὶ φύσις. Κοινὸν γὰρ τὸ ἐπ' ἀμφοῖν κατηγορημα. Ὅσπερ γὰρ ὡς ἡ φῶς μία, τούτων καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτὸς, οὕτως ἀνάγκη, καὶ ὡς ἡ ἐνωσις ἅμα καὶ ἐν ταυτῷ, τούτων κατ' αὐτοῦ καὶ τὴν φύσιν εἶναι κοινήν. Οὐκοῦν καὶ τὸ Ἐμπαλιν, ὡς ἡ φύσις μία, τούτων ὑποστάσεις διάφοροι. Ἐπει δὲ μίαν φύσιν ἐν πρόσωπον περιγράφει, ἕτερόθεν τί συνάγεται; μίαν μὲν εἶναι φύσιν σαρκὸς καὶ θεότητος, καὶ διὰ τοῦτο ἀνάγκη, ὑποστάσεις δὲ δύο. Εἰ δὲ μήτε φύσει μήτε ὑποστάσει καὶ ἀριθμῷ τὸ ἐν ἔχονεν τὰ συνελθόντα, κοῦ ἢ διὰ τῆς ἐνώσεως τῶν ἐνωθέντων ταυτότης; Εἰ δὲ καὶ φύσει, καὶ ὑποστάσει τὸ ἐν ἀλλήλοις εἶσι, κοῦ ὁ τῆς ἀτρεφίας καὶ τοῦ ἀσυγχύτου λόγος τῇ ἐνώσει σωθήσεται; Συνήκται ἀρα ἐξάπαντος τοῖς λέγουσιν ἐπὶ Χριστοῦ μίαν φύσιν, καὶ ὁ τῆς ἀναχύσεως τρόπος, καὶ αὐτοὶ μὴ βούλοιντο. Καὶ ἄλλως εἰς τὸ αὐτὸ, ὅτι αἱ μίαν φύσιν λέγοντες ἐπὶ Χριστοῦ εἰς τὸν τῆς συγχύσεως τρόπον ἐπιπτουσιν. Ἐρωτηθέντων οὖν ἡμῶν, Πότερον ὅμιν τὰ συνελθόντα ἀσύγχυτα ἐν τῇ ἐνώσει γινώσκεται, ἢ οὐ; Πάντως ἀρεῖτε ἀσύγχυτα, εἴπερ μὴ εὐτυχιανεῖν ἐθέλετε. Δύο δὲ τὰ συνελθόντα καὶ καθ' ἑμῶν εἶσι, θεότητά φημι καὶ ἀνθρωπότητα. Τὴν δὲ λόγω τὰ μὴ συγχυθέντα ἐν τῇ ἐνώσει δύο, καὶ μετὰ τὴν ἐνωσιν οὐ δύο γινώριζετε; Εἰ δὲ καὶ γινώριζετε, πῶς οὐχ ὁμολογεῖτε; Εἰ δὲ καὶ ὁμολογεῖτε, πῶς ἀριθμεῖν ταῦτα παραιτεῖσθε, ὡς τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα ἀσύγχυτον καὶ μετὰ τὴν ἐνωσιν ἐπίστασθε; Ὁ γὰρ ὁμολογοῦσι, φησὶν ὁ θεὸς Βασίλειος, τοῦτο καὶ ἀριθμεῖσθαι. Εἰ δὲ οὐκ ἀριθμεῖτε, δῆλον ὅτι οὐχ ὁμολογεῖτε. Εἰ δὲ οὐχ ὁμολογεῖτε, οὐδὲ γινώριζετε. Εἰ δὲ οὐ γινώριζετε, οὐ δύο τὰ συνελθόντα λέγετε. Καὶ οὕτως μεταβιβληται ἡ τῶν συνελθόντων φύσις βατέρα ἐπὶ βατέραν. Καὶ ἄλλως εἰς τὸ αὐτὸ· Ἡ πᾶσα ὁλότης ἢ ἐξ ἀνομοιομερῶν τὴν οὐσίαν εἴληφεν, ἢ ἐξ ὁμοιομερῶν· καὶ εἰ μὲν ἐξ ὁμοιομερῶν πάντως κατ' αὐτὸ, τοῦτέστι καὶ ἀσύθετος ἔστιν, εἰ δὲ ἐξ ἀνομοιομερῶν καὶ διαφόρων φύσεων συνέστηκε, πάντως σύνθετος ἔσται, εἴπερ τὰ ἐκ διαφόρων φύσεων συγχέμενα σύνθετά. Ἐπει οὖν ἢ κατὰ Χριστοῦν ὁλότης ἐξ ἀνομοιομερῶν, ἢ γαυρὸν διαφορόντων φύσεων τὴν οὐσίαν ἐσχίκε, θεότητος, φημι, καὶ ἀνθρωπότητος, ταῦτα δὲ διάφορα καὶ ἐν τῇ ἐνώσει μεμενηκασιν, ἐν οἷς δὲ διάφορα, πάντως ἐκεῖ καὶ ὁ τῆς οὐσίας ἀριθμὸς τοῦλάχιστον συνάγεται. Εἰ δὲ τοῦτο, δηλονότι καὶ ἀριθμεῖ. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἑμῶν ἐν τῇ ἐνώσει τοῦ ὅλου ἢ διαφορὰ τῶν μερῶν οὐκ ἀριθμεῖται, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἴσται. Εἰ δὲ οὐκ

ἔστι, σαφὲς δεῖ συγκέχυται τὰ μέρη, ἐν οἷς ἡ διαφορὰ οὐχ εὐρηται. Φανερόν ἄρα, τοῖς λέγουσι μίαν σύνθετον ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν συνάγεται, τὸ συγκεχύσθαι λέγειν τὰς φύσεις, κὰν μὴ βούλοιντο. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις.

concluditur asserentes unam in Christo naturam licet ipsi negent. Et hæc quidem ita se habent.

Ἰδὲ. Ἐπειδὴ δὲ τὸ συγγυτικὸν τοῦ Εὐτυχοῦς διὰ τῆς ἐκθέσεως ἐν τῷ γράμματι σου μυσσητόμενος ἀπειλείου, τὴν δὲ οὐκ εὐλόγητον ὁμολογίαν δι' ὀλίγων ἐπειρήθης ἐκθέσθαι, ὡς ἐντεῦθεν ἀκατάγνωστος δειχθῆναι, καὶ δοκῶν τὸ ὀρθὸν δόγμα τῆς Ἐκκλησίας προσβεύειν, διὰ καὶ γράφεις ὡδε· Ἀρτίως δὲ δι' ἀπλῶν λόγων λαλήσομεν τὴν ἡμετέραν ὁμολογίαν, διότι λέγομεν μίαν φύσιν ἐς Χριστὸν, ὅπερ πᾶσι φανερόν ἐστίν. Ἦτις μία φύσις ἐς δύο τρόπους νοεῖται τε καὶ λέγεται, τῆς μὲν ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου καὶ χωρὶς ἀρμονίας, ἣν οὖν Μιχαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, τῆς δὲ μετὰ τῆς ἀρμονίας, ὡς περ Ἀδὰμ καὶ Νῶε. Οὗς δύο τρόπους ἀποσκευασάμενος, μὴ ἐφαρμόττειν ἐπὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ἐνώσεως τὸν μὲν πρότερον, ἣν οὖν τῆς ἐπλῆς καὶ ἀσωμάτου μιᾶς φύσεως διὰ τὸ συμβάλειν, μὴ ἐνηθροπηκεῖναι τὸν Κύριον, ἀλλὰ γυμνὸν εἶναι διχα σαρκώσεως, τὸν δ' αὖ δεύτερον, ἣν οὖν τὸν ἐναρμόνιον, καὶ κατ' ἐκεῖνον μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν, Θεὸν, ἀλλὰ ψιλὸν ἀνθρώπινον, τρίτον τινὰ ὑποτιθεὶς τρόπον μιᾶς συνθέτου φύσεως ὄντα, ὃν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ ὁμοιοτρόπως ἔχειν ὁμολογεῖς. Διὰ καὶ παραδειγματικῶς τὸν ἀνθρώπινον λαβὼν, ὑποτιθέμενος γράφεις ὡδε· Καὶ γίνεται ὁ ἀνθρώπος παράδειγμα, καθὼς καὶ οἱ Πατέρες ἐλάλησαν καὶ διήγγειλαν, τί ἐστὶ τοῦ σώματος, καὶ τί ἐστὶ τῆς ψυχῆς. Ἀλλ' ὁ ἀνθρώπος οὐ λέγεται δύο φύσεις ἔχειν. Εἰ δὲ ἀνθίσταται τις καὶ λέγει δύο φύσεις ἐπὶ ἀνθρώπου, λοιπὸν καὶ ὁ Χριστὸς τρεῖς φύσεις ἔχει, δύο τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μίαν τῆς θεότητος. Ἀρτίως οὖν ἐκ τῶν τριῶν τρόπων τούτων, ποῖον ἐπαίρεσθαι εἰπομεν ἐκ τῶν λεγομένων τούτων φύσεων; Εἰ μὲν τὸ σῶμα, Εὐτυχιανίζομεν, εἰ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν γινόμεθα ὡς ὁ Ἀπολιναρίου, εἰ δὲ τὴν θεότητα, ὁμοιούμεθα τοῖς Ἰουδαίοις λέγουσι, Σὺ ἀνθρώπος ὢν, πῶς ποιεῖς ἑαυτὸν Θεόν; Ἀρτίως οὖν φανερωῶς λέγομεν, ὅτι μία φύσις ἐπὶ τῆς ἐνώσεως δύο ἀταράχων φύσεων. Ἐλήλυθας ὡς ἐπὶ τι φρούριον ἀκαταγώνιστον, παραδείγματος χάριν τῆς σῆς ὁμολογίας τὸν ἀνθρώπινον λαβὼν. Τοιγαροῦν ἐπειδὴ διελογίσω τὸν τρόπον σαφηνίσαι τῆς μιᾶς φύσεως, [καθ'] ἦν ὁ Χριστὸς μιᾶς εἶναι φύσεως μετὰ τὴν ἐνωσιν παρὰ σοῦ ὁμολογεῖται, πρὶν ἢ τῶν ἀντιρόητικῶν λόγων τῶν πρὸς σὲ ἐφαψόμεθα, διορισώμεθα περὶ φύσεως καὶ οὐσίας, ὑποστάσεώς τε, φημί, καὶ πρᾶσιον, καὶ ὑποστατικοῦ, πῶς οἱ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου διδάσκαλοι, καὶ οἱ ἔξω τού καθ' ἡμᾶς λόγου ταυτὶ δὴ τὰ ὀνόματα διακρίνουσι, καὶ ἐπὶ ποίων σημαινομένων τάττουσιν, ἵνα μὴ σύγχυσις δογματιζόντων ἡμῶν, καὶ πλάνη ποθὲν ἀναφυῇ. Πάντες γὰρ, σχεδὸν εἰπεῖν, οἱ τὰς ἀλρέσεις κρατούντες, ταυτὶ δὴ τὰ ὀνόματα κακῶς ἐκλαμβάνοντες, καὶ ὡς οὐ κατὰ φρόνη-

colligitur; idque si est, manifestum quoque est numerari. Quod si per vos in unione totius, partium differentia non numeratur, palam est neque esse. Quod si non est, clarum est confusas esse partes, in quibus differentia non reperitur. Patenter itaque compositam affirmare, confusas etiam naturas fuisse,

14. Cum vero confusionem Eutychetis per expositionem in tua epistola exsecratus rejicias, tuam confessionem paucis exponere conaris, ut reprehensionem effugias tanquam qui videri cupis rectum Ecclesiæ dogma profiteri, scribis hoc modo: Nunc autem simplici oratione nostram professionem enuntiemus, quare dicamus unam in Christo naturam, quod omnibus palam est, quæ una natura duobus modis intellecta, et scripta, altera est simplex, incorporea, et sine harmonia, ut Michael et Gabriel, altera cum harmonia, ut Adam et Noe. His duobus modis rejectis, tanquam qui unioni Christi non conformantur, et primum quidem simplicis, et incorporeæ unius naturæ, quod non hominem assumpsit Dominus, sed nudus sit absque incarnatione; alterum vero nempe enarmonium, quod secundum illum Christus non sit Deus, sed purus homo, tertium quemdam modum supponis unius compositæ naturæ, quem in Christo haud dissimilem esse sateris. Quare homine in exemplum adducto, ita supponens scribis: Estque homo exemplum, quemadmodum Patres locuti sunt, et divulgant, quid corporis, et quid animæ est. Verumtamen homo non dicitur duas naturas habere: si quis vero contra opponat, prodatque duas naturas in homine, sequeretur Christum tres naturas habere, duas humanitatis, et unam divinitatis. Nunc illaque his tribus modis concessis, quamnam ex his naturis assumpsisse dicemus? Si corpus, Eutychem; si humanam animam, Apollinarianum sequemur: si deitatem, similes erimus Judæis dicentibus: Tu cum homo sis, facis te ipsum Deum. Quare palam enuntiamus unam naturam in unione duarum imperturbatarum naturarum. Confugisti veluti ad arcem inexpugnabilem, exempli gratia tuæ professionis hominem assumens. Quapropter cum in mentem induxeris tuam, modum declarare unius naturæ secundum quam Christus unius naturæ esse post unionem a te asseritur, antequam dicta tua nostris rationibus refutemus; terminemus, quid natura, et essentia, necnon hypostasis, et persona, et hypostaticum inferant, et quamnam ratione mysterii Christiani magistri, et qui a nostris rebus alieni sunt, hæc nomina discernant, et quibus significatibus adaptent, ne confusio, cum dogmata pertractamus, et error allucunde irrepat. Omnes enim fere, ut ita dicam, qui hæreses firmarunt, hæc ipsa nomina prave, nec ad mentem Ecclesiæ exponentes a veritate aberrarunt. Attamen essentiam et naturam idem nobis ianuere ubique et sacræ Litteræ, et sancta Nicæna synodus, quæque eam secuta est Constantinopolitana, Ephesina item prima tradiderunt, de communi, et universali, et

re, quæ de pluribus dicitur, per quas sanctissimi ubique fideles symbolum possident et solvent, quod nobis unam naturam, et essentiam sanctissimæ Triadis, et tres personas, et hypostases commisit. Et hi quidem naturam et essentiam pro eodem, personam rursus et hypostasim pro eodem, de individua nempe et singulari re comprobarunt. Formæ etiam nomen similiter de essentia et natura Patres acceperunt. Proptereaque magnus Basilus illud : *In forma Dei cum esset*, exponens, idem Januere, ac in essentia Dei esse dicebat, et formam assumpsisse servi in essentia humanitatis Domini nostrum esse notat. Hypostaticum vero diversum quid ab hypostasi ponunt : definiunt enim hypostasim dixerunt : Hypostasis est cum proprietate, sive proprietatibus per se subsistens, et totum quid secundum se existens : hypostaticum vero est essentia, cum idiomate, sive idiomatibus non per se subsistens, et secundum se tanquam aliquod totum existens, sed totius universi pars. Qui vero extra Ecclesiam sunt, naturæ nomen æque ac Ecclesia de universali re definiunt, aliud esse naturam dicentes, aliud naturam habere : et habere quidem naturam singularia dicunt, quæ a nobis hypostasis et persona nuncupantur, hoc vero quod nos hypostasim ipsi subjectum vocant, et ob hoc etiam hypostasis nominatur, non ut quidam suspicati sunt, quod simpliciter supponitur, nempe existit, sed potius quod sub alio stet, sub natura scilicet, tanquam subjectum, et naturam superjacere, hoc est superhypostasim dicunt, quam et definiunt : Natura est principium motus, et quietis primum, et secundum seipsam. Essentiæ autem nomen de communi et singulari, de universali nempe et individuo accipiunt, quos secutus Joannes cognomento Philoponus Tritheita esse evincitur. Severus vero essentiæ nomen eodem, ac Ecclesia significatu accipit, de re communi, sed naturæ, propriam in eo secutus opinionem, et ab ipsa consuetudine exterorum, Ecclesiæque intelligentia, et sensu longissime abhorrens, contrario quodam modo de communi et individua re, universali scilicet in parte accepit, et communem et individuum naturam enuntians multis sese absurdis implicuit, quæ procedens oratio non sine demonstrationibus monstrabit.

ἐπὶ τε κοινοῦ καὶ ἰδικοῦ πράγματος, ἤγουν καθόλου ἐπιπέτων, πολλοῖς ἀτόποις περιπέπτωκεν, οὗς ὁ λόγος

15. His a nobis hac ratione expositis ac dijudicatis, tempus jam est, ea quæ tu scripseras, examinandi. Ea sunt : *Et in exemplum homo adducitur, quemadmodum Patres locuti sunt, exposueruntque, quid corporis, et quid animæ; verumtamen homo non dicitur duas naturas habere; si quis vero contra se opponat, prodaturque duas naturas in homine, sequeretur Christum tres naturas habere, duas humanitatis et unam deitatis, et cætera.* En apertissime unius compositæ naturæ Christum esse astruens, idque probare contendens exemplum hominis usur-

ἄμα ἐκκλησιαστικὸν ἀπεσφάλησαν. Μενουῦνγε οὐσίαν καὶ φύσιν ταυτὸν ἡμῖν δηλοῦν πανταχοῦ καὶ ἡ ἀγία Γραφή, καὶ ἡ κατὰ Νίκαιαν ἀγία σύνοδος, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἡ πρώτη τῶν ἐν Ἐφέσῳ παρέδωκεν, ἐπὶ κοινοῦ καὶ καθολικοῦ, καὶ κατὰ πολλῶν φερομένου πράγματος, δι' ὧν τὸ παντάγιον οἱ πανταχοῦ πιστοὶ σύμβολον ἔχουσι τε καὶ περιέπουσιν, ὅπερ μίαν φύσιν καὶ οὐσίαν τῆς παναγίας Τριάδος, καὶ τρία πρόσωπα καὶ ὑποστάσεις ἡμῖν παρέδωκε. Φύσιν μὲν καὶ οὐσίαν ταυτὸν, πρόσωπον δ' αὐτὸ πάλιν καὶ ὑπόστασιν ταυτὸν, ὡς ἐπὶ ἰδικοῦ τε καὶ καθέκαστα πράγματος ἐκδιδάσκουσαι, τὸ δὲ δὴ τῆς μορφῆς ὄνομα ὡσαύτως καὶ αὐτὸ ἐπὶ οὐσίας καὶ φύσεως οἱ Πατέρες παρελήφασι. Διὰ τοῦτο ὁ μέγας Βασίλειος τὸ, Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἐρμηνεύων, ἴσον δύνασθαι τῷ, ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ ὑπάρχειν, ἔλεγε. Καὶ τὸ μορφήν ἀνεληφέναι δούλου ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν Κύριον ἡμῶν εἶναι σημαίνει. Τὸ γὰρ μὴν ὑποστατικὸν διάφορον παρὰ τὴν ὑπόστασιν τιθέασιν. Ὅριζόμενοι γὰρ τὴν ὑπόστασιν ἔφασαν ὅτι ὑπόστασις ἐστὶ μετὰ ἰδιώματος, ἡ καὶ ἰδιωμάτων ἰδιοσυστάτως θεωρουμένη, καὶ ὅλον τι καθ' ἑαυτὴν οὐσα, ὑποστατικὴν δ' αὐτὴν οὐσία μετὰ ἰδιώματος, ἡ καὶ ἰδιωμάτων, μὴ ἰδιοσυστάτως καὶ καθ' ἑαυτὸ ὡς ὅλον τι ὑπάρχον, ἀλλ' ὅλου τινὸς εἶναι μέρος. Οἱ δὲ ἐξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου τὸ μὲν τῆς φύσεως ὄνομα, ὁμοίως τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ καθολικοῦ τινος πράγματος ὀρίζονται, ἄλλο μὲν εἶναι φύσιν λέγοντες, καὶ ἄλλο τὸ ἔχειν φύσιν, καὶ τὸ μὲν ἔχειν φύσιν τὸ καθέκαστα λέγουσιν, ὅπερ παρ' ἡμῖν ὑπόστασις καὶ πρόσωπον εἶρηται. ταυτὸ δὲ τοῦτ', ἤγουν τὴν ὑπόστασιν, ὑποκειμενον εἶναι φασί. Διὰ τοῦτο καὶ ὑπόστασις λέγεται οὐχ, ὡς τινες ὑπέλαβον, διὰ τὸ ἀπλῶς ὑπεστάναι, ἤγουν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ τι ἐστάναι, τουτέστιν ὑπὸ τὴν φύσιν ὡς ὑποκειμενον, τὴν δὲ φύσιν ἐνωποκείσθαι, τουτέστι κατὰ τινος ὑποστάσεως λέγεσθαι, ἣν καὶ ὀρίζόμενοι φασί. Φύσις ἐστὶν ἀρχὴ κινήσεως, καὶ ἡρεμίας πρώτως καὶ καθ' ἑαυτὸ. Τὸ δὲ δὴ τῆς οὐσίας ἐπὶ τε κοινοῦ καὶ ἰδικοῦ, ἤγουν καθόλου καὶ ἐπὶ μέρους, οἷς Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Φιλόππος κατακολουθήσας, τριθεϊτης ἀναδέδεικται. Ὁ δὲ δὴ Σεβήρος τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα ταυτοτρόπως τῇ Ἐκκλησίᾳ ὀνομάζει ἐπὶ κοινοῦ πράγματος εἶναι, τὸ δὲ τῆς φύσεως ἰδιοῤῥυθμος ἐν τούτῳ γενόμενος, οὔτε τῇ συνηθείᾳ, οὔτε τοῖς ἐξω, οὔτε μὴν τῇ Ἐκκλησίᾳ κατακολουθῶν, ἀλλ' ἐναντίως ἐπὶ μέρους ἐδόξεσε καὶ κοινήν καὶ ἰδικὴν φύσιν ἐπιπαρακατιῶν μετ' ἀποδείξεως παραστήσειε.

εἰ. Τούτων ἡμῖν ὡδέ περ διασαφηνισθέντων, καὶ διευκρινηθέντων, καιρὸς τὰ παρὰ σοῦ γραφέντα καὶ ὡς ἐπισκέψασθαι. ἔχει δὲ οὕτως : Καὶ γίνεται ὁ ἄνθρωπος παράδειγμα, καθὼς καὶ οἱ Πατέρες ἐλάλησαν καὶ διήγγειλαν, τί ἐστὶ τοῦ σώματος, καὶ τί ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἄλλ' ὁ ἄνθρωπος οὐ λέγεται δύο φύσεις ἔχειν. Εἰ δὲ καὶ ἀνθρώποισι τις καὶ λέγει δύο φύσεις ἐπὶ ἀνθρώπου, λοιπὸν καὶ ὁ Χριστὸς τρεῖς ἔχει, δύο τῆς ἀνθρωπότητος καὶ μίαν τῆς θεότητος, καὶ τὰ ἐξῆς. Ἰδοὺ σαφέστατα μᾶς συνθέτου φύσεως τὸν Χριστὸν εἶναι δογματίζομαι.

ζαν, και βουλόμενος τούτο παριστᾶν, τὸν ἄνθρωπον
 εἰς παράδειγμα ἀπεχρήσω· ὡς περ γὰρ ὁ ἄνθρωπος
 ἐκ διαφόρων φύσεων συγκείμενος, μιᾶς ἐστὶ φύσεως
 συνθέτου μετὰ τὴν ἔνωσιν. Τούτῳ γὰρ διήγγειλαν τὸ
 παράδειγμα ὁμοίως ἔχειν ἐπὶ τῆς ἐνώσεως τοῦ Χρι-
 στοῦ οἱ Πατέρες, ὡς σὺ φῆς. Καὶ ὡς περ συνιστῶν τὸ
 παράδειγμα, ὅτι μιᾶς ἐστὶ φύσεως ὁ ἄνθρωπος ἐπι-
 στᾶται. Ἄλλ' ὁ ἄνθρωπος οὐ λέγεται δύο φύσεις ἔχειν.
 Εἰ δὲ καὶ ἀνθίσταται τις, ὅτι ἔχει, συνάγεται, ὅτι καὶ
 ὁ Χριστὸς τρεῖς ἔχει. Διὸ δοκεῖς ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τῇ
 ἐνώσει Χριστοῦ δοξάζοντας, δύο εἶναι φύσεις, εἰς
 ἄτοπον προάγειν. Οὐδὲν ξένον, ὡ φίλος, ἐνδὸς ἀτόπου
 δοθέντος, μυρία ἔψεσθαι. Εἰ μὲν γὰρ πᾶσα σύνθεσις
 μὴ ἐκ τῶν προσεχῶς συντεθέντων συντεθεῖσθαι ἐλέ-
 γετο, ἀλλ' ἐκ τῶν πόρρω, τάχα ἂν εἶχε χώραν τὸ
 παρὰ σοῦ καθ' ἡμῶν γραφόμενον. Εἰ δ' οὐδεὶς τῶν εὐ-
 φρονούντων φῆσειεν, ἐκ τῶν πόρρω, ἀλλ' ἐκ τῶν
 προσεχῶς καὶ ἀμέσως, καὶ οἴονεὶ μερῶν, ἢ στοιχείων
 τάξιν ἐν τῷ ὄλῳ ἐχόντων συντεθεῖσθαι τὸ συντεθει-
 μένον λέγεται, ἀνίσχυρον καὶ μάταιον τὸ παρὰ σοῦ
 γραφόμενον. Ἐπεὶ ἀνάγκη κατὰ σὲ τὸν ἄνθρωπον
 λέγειν ἐκ πέντε τοῦλάχιστον συγκεῖσθαι φύσεων,
 ἐκ τε τῶν τεσσάρων στοιχείων καὶ ψυχῆς. Ὡσαύ-
 τως καὶ τὸν ἤλεκτρον, μὴ ἐκ δύο, ἤγουν χρυσοῦ καὶ
 ἀργύρου, ἀλλ' ἐκ πολλῶν πλειόνων, χρυσοῦ, φημί, καὶ
 ἀργύρου, καὶ τεσσάρων στοιχείων, καὶ τῶν ἐπι πορ-
 ρωτέρω, τῆς ὕλης λέγω καὶ τοῦ εἴθους. Οὐ γὰρ τὰ
 μέρη τῶν μερῶν ἐν τῷ λέγειν ἐκ πόσων σύγκειται
 τόδε σκοποῦμεν, ἀλλὰ τὰ προσεχῶς καὶ ἀμέσως μέρη
 αὐτοῦ, χρηματίζοντα. Οὐκοῦν καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶ-
 πουμεν δύο φύσεις ἔχειν, καὶ τὴν θεότητα μίαν εἶ-
 ναι, οὐ συνάγεται ὅπερ βούλεσθε καθ' ἡμῶν. Οὐ γὰρ
 ἑταῦθα, ἤγουν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
 στοῦ τὰ μέρη τῶν μερῶν δεῖ σκοπεῖν, ἥτοι τῆς ἀν-
 θρωπότητος τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ προσε-
 χῶς καὶ ἀμέσως συντεθέντα, θεότητά φημι καὶ
 ἀνθρωπότητα. Εἰ γὰρ καὶ δύο φύσεις ἔχειν τὸν ἀν-
 θρωπον ἡμεῖς λέγοντες, καθ' ὑμᾶς, τρεῖς φύσεις ἐπὶ
 Χριστοῦ λέγειν ἀναγκασθησόμεθα, καὶ ὑμεῖς ἄρα ἐκ
 δύο φύσεων τὸν ἄνθρωπον λέγοντες, εἰ καὶ μὴ δύο, ἢ
 ἐν δύο, ἀλλὰ μίαν φύσιν εἶναι λέγοντες, ἀλλ' οὖν ἐκ
 τριῶν φύσεων τὸν Χριστὸν δογματίσετε. Καὶ οὕτως
 περιτραπήσεσθε ἐκ τοῦ ὑμῶν λόγου. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ
 ἔστιν. Οὐκ ἄρα δύο φύσεις ἔχειν ἡμεῖς λέγοντες τὸν
 Χριστὸν, καὶ δύο φύσεις ἔχειν τὸν ἄνθρωπον λέγω-
 μεν, τὸ τρεῖς καθ' ἡμῶν συναχθεῖν. Καὶ ἄλλως εἰς
 εὐ αυτό· Ὁ ἄνθρωπος ἢ καθόλου ἐστίν, ἢ ἐπὶ μέ-
 ρους, ἤγουν ὁ καθέκαστα, ἀλλ' ὅτι μὲν ὁ καθέκαστα
 ἐκ δύο φύσεων σύγκειται, σῶματός τε, φημί, καὶ ἀσω-
 μάτου, οὐδεὶς τῶν εὐεϊδῶτων κρίνειν ἀντερεῖ· οὐδὲ
 γὰρ τὸ σῶμα ἀθάνατον, ἀλλὰ φθαρτὸν, οὐδὲ ἡ ψυχὴ
 θνητὴ, ἀλλ' ἀθάνατος, οὐδὲ τὸ σῶμα ἀόρατον, οὐδὲ ἡ
 ψυχὴ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶται· ἀλλ' ἡ μὲν
 λογικὴ καὶ νοερὰ, καὶ ἀσώματος, τὸ δὲ παχὺ καὶ
 ὁρατὸν, καὶ ἀπτὸν, οὐ μιᾶς δὲ φύσεως τὰ ἀντιδιαί-
 ρούμενα· οὐ μιᾶς ἄρα οὐσίας ψυχὴ καὶ σῶμα. Καὶ
 αὐθις· Εἰ ὡν οἱ ὅροι διάφοροι, τούτων καὶ αἱ φύσεις
 διάφοροι, διάφορος δὲ τοῦ σῶματος ὁ λόγος παρὰ
 τὸν τῆς ψυχῆς, διάφορος ἄρα καὶ ἡ φύσις τῆς ψυχῆς

pasti. Quomodo enim homo ex diversis naturis
 conflatus unius est naturæ compositæ post unionem,
 hoc vero exemplum docuerunt similiter se habere
 in unione Christi Patres, ut ipse tradis. Et quasi
 comprobans exemplum unius esse naturæ hominem
 concludis. Verumtamen homo non dicitur duas
 naturas habere; quod si quis contra contendet eum
 habere, consequi et Christum tres habere, videris
 nos in unione Christi duas esse naturas affirmantes.
 in absurda ineptaque rapere. Nil mirum est, et
 amice, uno inconvenienti dato, innumera subse-
 qui. Etenim si omnis compositio non ex iis, quæ
 continenter componuntur, componi diceretur, sed
 ex distantibus, forte quod contra nos scribis locum
 haberet. Quod si nemo, qui sal habeat in pectore,
 dicet, ex distantibus, sed ex continuis, et imme-
 diatis veluti partibus, aut elementis in toto
 positum occupantibus, componi compositum,
 futile est inaneque, quod a te scripto traditur, cum
 per te necesse esset dicere hominem ad minus ex
 quinque naturis construi, ex quatuor elementis et
 anima. Similiter et electrum non ex duobus, auro et
 argento, sed multo pluribus, auro nempe, argento,
 et quatuor elementis, aliisque multo distantioribus,
 materia et forma. Non enim partes partium, cum
 inquirimus, ex quibus hoc, vel illud componitur,
 consideramus, sed proximas illius atque immedia-
 tas. Quare licet hominem dixerimus duabus naturis
 constare, et deitatem unam esse, non concluditur
 quod prætenditis adversum nos: neque enim hic
 in Domino nostro, Jesu Christo scilicet, partes par-
 tium attendendæ sunt, vel humanitatis corpus et
 anima, sed quæ proxime immediateque uniuntur,
 divinitas atque humanitas. Et si duas naturas ha-
 bere hominem nos asserentes, ut vos contenditis,
 tres naturas in Christo dicere cogeremur, et vos
 igitur ex duabus naturis hominem affirmantes, licet
 non duas, neque in duabus, sed unam naturam
 esse dicentes, nihilominus ex tribus naturis Chri-
 stum esse statuetis. Sicque per verba ipsi vestra
 refellemini. Sed hoc non est; non ergo duas naturas
 habere nos Christum asserentes, licet duas naturas
 hominem habere dicamus, tres adversus nos col-
 ligentur. Alia quoque ratione hoc ipsum probatur.
 Homo aut in universali est, aut in parte, in indivi-
 duo nempe, sed hominem, qui in individuo est, ex
 duabus naturis constitui corporis et animæ, nemo,
 qui probe de rebus iudicium ferre novit, contradi-
 cet; neque enim corpus immortale est, sed corru-
 ptioni obnoxium, neque anima mortalis, sed immor-
 talis, neque corpus invisibile, neque anima corpo-
 reis oculis conspicitur, sed hæc quidem rationis
 compos est, et intellectualis, et incorporea; illud
 crassum, visibile, tangibile; non unius vero naturæ
 sunt quæ contra sese invicem opponuntur: non
 unius ergo essentiae corpus, et anima. Item: Si
 quorum definitiones diversæ sunt, eorum etiam
 naturæ diversæ, diversa vero est corporis ratio ab
 ea, quæ animæ est, diversa igitur erit et natura

animæ a natura corporis. Hæc autem conservantur A
 In singulari homine immutabiliter: duas igitur
 naturas homo singularis habere dicitur. Servat enim
 utrumque et post unionem naturalem proprietatem
 eorum, ex quibus et in quibus ratio conspicitur.
 At homo in genere, universalis nempe, cum quis ad
 ea, ex quibus componitur, animam adverterit, ani-
 mam, inquam, et corpus, et ipsa generica et uni-
 versalia: neque enim fieri potest, ex duobus indivi-
 dualis, et particularibus universale aliquod unquam
 gigni: duas habere naturas hominem universalem di-
 ces, cum postea in ipsam integritatem ex duabus es-
 sentiis in universali animam intenderit, unum quod-
 dam genericum hominem fieri contemplatus, quod
 multa illi subsint individua, in nihilo secundum
 speciem differentia, et æque rationem illius partici-
 pantia, probe essentiam et naturam unam hominem
 universalem fatebitur, et cum in alterius compositio-
 nem assumitur, veluti unum, et unam naturam, et
 essentiam accipiet. Igitur sempiternus Filius, Do-
 minus et Deus noster homo factus, non in individuo
 hominem assumpsisse dicitur, ne Nestoriana rabies
 irreat, sed universalem, quem propria hypostasi
 individuavit; ostensum autem est hunc unius esse
 naturæ, si ad integritatem consideretur. Manifestum
 itaque est Christum ex duabus naturis; et in dua-
 bus naturis, et duas naturas habere per nos meri-
 to jureque prædicari, neque ineptum, aut blasphemum
 consequi, licet hominem duas habere naturas
 dicamus; cum omnia, quæ componantur ex conti-
 guis componentibus componi dicantur, et non ex
 his, ex quibus componentia conflata sunt. Frustra
 igitur, dum ipsi Christum duas habere naturas
 et hominem similiter duas dicimus, tres a vobis
 colliguntur.

16. Imo licet homo ex duabus naturis, et diver-
 sis, et inconfuse unitis, unius naturæ fiat, haud fieri
 potest, ut ipse Christus unius naturæ sit, dummodo
 ipse ex diversis naturis, deitate nempe et humani-
 tate, componatur: idque ex his fuerit apertissimum.
 1. Quidquid ex diversis naturis conflatur, unius
 naturæ efficitur, cum compositum compositorum
 neque nomina, neque rationes admittit. Verbi gra-
 tia, homo una natura efficitur composita, quando
 partium nomina proprie et rationes non suscipit; D
 neque enim dicitur, homo proprie anima dicitur, sive
 corpus, neque rationes eorum suscipit, licet dicatur
 animam et corpus habere. At Christus Deus noster
 ex deitate et humanitate compositus, et nomina et
 rationes partium admittit; namque ipse est natura
 Deus et homo, rationes eorum suscipiens; fieri ita-
 que nequit, ut ipse unius naturæ efficiatur. 2. Item,
 Omne quod ex diversis naturis componitur unius
 naturæ effectum, aliud est ab his, ex quibus compo-
 nitur. At Christus eadem est, ex quibus compo-
 nitur; Deus enim ipse est, et homo; Christus igitur
 non est unius naturæ post unionem. 3. Cujuscunque
 quod unius naturæ post unionem, sive per confusio-
 nem, sive per unionem inconfusam efficitur, simul

της τοῦ σώματος φύσεως. Ταῦτα δὲ σώζονται ἐν τῷ
 καθέκαστα ἀνθρώπῳ ἀμεταβλήτως: δύο γὰρ ἄρα φύ-
 σεις ἔχειν ὁ καθέκαστα ἄνθρωπος λεχθήσεται. Σώζει
 γὰρ ἑκάτερον καὶ μετὰ τὴν ἔνωσιν τὴν φυσικὴν ἰδιό-
 τητα, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ὁ λόγος θεωρεῖται. Ὁ δὲ
 δὴ γενικὸς, ἡγουν καθόλου ἄνθρωπος, ὅταν τις εἰς τὰ
 ἐξ ὧν συνετέθη ἀποκοπῆ, φημί δὴ ψυχὴν τε καὶ σῶ-
 μα, καὶ ταῦτα γενικὰ ὄντα καὶ καθόλου, ὅτι μηδὲ
 δυνατὸν ἐκ δύο ἀτόμων καὶ μερικῶν γενικὸν τι ἀπο-
 τελεῖσθαι ποτε, δύο φύσεις ἔχειν τὸν καθόλου ἄνθρω-
 πον φήσεσιν. Ὅταν δὲ εἰς αὐτὴν τὴν ὁλότητα, τὴν
 ἐκ δύο οὐσκῶν καθόλου παραλαμβάνομενον, εἰς τὴν
 τούτου συμπλήρωσιν ἐν τι γενικὸν ἀποτελούμενον
 τὸν ἄνθρωπον ἀναθεωρῆ, διὰ τὸ πολλὰ εἶναι ὑπ'
 αὐτοῦ ἔτομα, τὴν ἀπαρλλαξίαν κατὰ τὸ εἶδος
 ἔχοντα, καὶ τὸν αὐτοῦ λόγον ἐπίσης μετέχοντα, εικό-
 τως οὐσίαν καὶ φύσιν μίαν τὸν καθόλου ἄνθρωπον
 ὁμολογήσεται. Καὶ ἦνίκα ἐν εἰς ἄλλου σύνθεσιν πα-
 ραλαμβάνηται, ὡς ἐν τι, καὶ μία φύσις, καὶ οὐσία
 παραληφθήσεται. Οὐκοῦν ὁ αἰδιος Υἱὸς, ὁ Κύριος καὶ
 Θεὸς ἡμῶν, ἄνθρωπος γεγενῶς, οὐ τὸν καθέκαστα
 ἀνθρώπον ἀνειληφέναι λέγεται, ἵνα μὴ ἡ Νεστοριανὴ
manu, nec velim quærendo totum evolvere.*

Postmodum enim cum unum quemdam e suis discipulis Evarestum nomine accersisset; nedum solus ille asceticæ palæstræ certaminibus, Evarestum se, id est, placentem ac gratum ostendit, verum etiam locum ipsum per eos, qui in eo placerent Deo ac religiose mererentur, beneplacitum fecit, qui ejus hactenus placitis intercessionibus, præclaris meritis egregie abundet, totique fere orbi venerationi habeatur, cum olim Cocorobii locus appellatus esset. Denique dum interim vir sanctus venerabili illo loco bene quietus ageret, eum Photius pontifex cum Augustis, modis omnibus ad se trahere moliebatur, utique ad eum accederet, inducere tentabat. Ejus quippe supra omnes alios gloriam captabat. Id ubi vir admirabilis intellexit, eorum volens cavere insidias, fuga se in Priconesum proripit, indeque Mitylenem abit: quo loco, ubi diu satis demoratus esset, tandem in Cherronesum una cum proprio fratre, apud Kamelium habitaturus, reductus est.

Porto præfatus Achilles ubi annis quinque in Sancti monasterio gregem gubernasset, archiepiscopus Nicolæ in partibus Orientis creatus est: a quo præfecturam iniens Theodosius, cum annum unum et ipse præfuisset, vivis exemptus successorem Eugenium habet. Sed et ipse cum menses quatuor præfecturam tenuisset, Theodorus Santabaris oriundus, ac ideo a nonnullis Santabarinus appellatus, successor susceperat: cui demum, cum annum unum præpositi personam gessisset, Sabas a Callistrato, ejus discipulus, qui tunc pontificem agebat, ordinatus succedit.

Cum autem magnus Pater Nicolaus annos septem in præfato loco, cum naturæ necessitatibus, tum ipsa senectute attritus egisset, inde vinculus ad suum

FRANC. COMBEFISHI NOTÆ.

(35) Προκόννησον scribit Ptolomæus, voluitque puto Noster scribere. Est Propontidis insula autè Cyzicum. Mitylene Lesbi oppidum, a quo tota insula sic dicta fuit. Quam denique ponit Cherronesum seu peninsulam, in quam tandem vir Dei reductus sit, ipsam puto vicinam Acra promontorio, in qua Theodorus diem obiit. Plura loca sic appellantur. Potuit sic reduci a Photio ac imperatore, ut urbi vicinum diligentius observarent, ac aliquid pro Ignatio moliri prohiberent: forte vero quod Romam accessurum, eoque Ignatii, ac ei communicantium, virum tantæ auctoritatis, querelas delaturum timerent. Sic conati sunt Theoctistum revocare, ceu reum majestatis, cum ille pro Ignatio Romæ ageret, ut est in epistolis ad Nicolaum.

(34) Fuit iste proculdubio episcopus a Photio, id temporis tyrannidem exercente; unde non placet, quod eum auctor paulo superius, cum ait creatum præpositum Studi ejecto Nicolao χρεϊστών τοῖς τρόποις πανταχόθεν, asserit, virum omni parte moribus probatum. Ut ita probatus esset, non sic facile a viro grassatore iteratis honoribus auctus esset. Vel sic voluit angere, virum alioqui magnæ existimationis, ac a Nicolao secundum, ut suæ factioni prædium quæreret. Quid in utroque gradu, pro aut contra Ignatium egerit, utque

A Ἔνα γὰρ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν Εὐάρεστον τοῦνομα εἰς ὕστερον τοῦτον μεταπεμφάμενος, οὐ τοῖς ἀγῶσι μόνος ἐκεῖνος τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας ἐδείχθη Εὐάρεστο; ἄλλὰ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ εὐαρεστούντων, εὐάρεστον κατειργάσατο, μέχρι τῆς σήμερον ταῖς αὐτοῦ εὐαρέστοις πρεσβείαις, βρήθον τοῖς ἀγαθοῖς κατορθώμασι, καὶ σχεδὸν ὑπὸ πάσης τῆς γῆς σεβαζόμενον ἀνωθεν τῆ προσωνυμίας τῶν Κοκοροβίου ἐπιφερόμενον. Ἀμέλει καλῶς ἐν τῷδε τῷ εὐαγγελί τόπω τῷ ὁσίῳ ἐφησυχάζοντι, ὁ ἀρχιερεὺς Φώτιος παντοίως πρὸς ἑαυτὸν σὺν τοῖς κραχῦσιν ἐλκῦσαι τοῦτον πραγματευόμενος, καὶ ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι πειρώμενος. Ἐθῆρα γὰρ αὐτοῦ τὴν δόξαν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους γε καταμαθὼν ὁ θαυμάσιος, καὶ τὰς τούτων ἐνέδρας διαδράσαι βουλόμενος, φυγὰς ἀπαίρει πρὸς τὴν Πρωκόννησον (33) [ἠρ. Προικόννησον], ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Μιτυλήνην ἀπόχρητο ἔφ' ἱκανὸν δὲ ταύτῃ προσδιατρίψας, ἀνῆκται πρὸς τὴν Χερρόνησον, σὺν τῷ οικείῳ ἀδελφῷ ἐν τῷ Σαμηλίῳ οικισθῆσόμενος.

Ὁ δὲ προρῶθηθεις Ἀχιλλᾶς ἐν τῇ μονῇ τοῦ ὁσίου ἐπὶ πέντε χρόνους ἰθύνας τὸ ποίμνιον, ἀρχιεπίσκοπος εἰς Νακόλιαν (34) ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς προχειρίζεται μέρεσιν ὃν τῆς ἀρχῆς διαδεξάμενος Θεοδοσίος, καὶ ἐνιαύσιον χρόνον κρατήσας τὸ μοναστήριον τοῦτον Εὐγένιος τελευτήσαντα διαδέχεται. Ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἐπὶ τέσσαρας μῆνας ποιησάμενον τὴν κατάσχεσιν, Θεόδωρος ὁ ἐκ γωρίου τοῦ Σανταβαρέως ἐξορμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο Σανταβαρινὸς παρωνύμως ὑπὸ τινῶν ἐπονομαζόμενος, διεδέξατο. Ὅνπερ ἐνιαυτὸν ὅλον ἀντιπροσωποῦντα τὸ μοναστήριον, ὁ ἐκ Καλληστράτου Σάβας χειροτονηθεις, αὐτὸν διαδέχεται, μαθητῆς ὑπάρχων τοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην τότε κρατοῦντος.

Ἐπταετίαν δὲ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Νικολάου ἐν τῷ προρῶθηθέντι τόπῳ διαμείθοντος, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως, καὶ αὐτῷ τῷ γῆρα συγκακουχούμενος,

habuerit ad Patrem Nicolaum, ac fratres Studianos, incompertum est. Putem omnes hic nominatos præter prostremum Sabam Photii discipulum, devotos Patri fuisse, ac si quid communionis labe cum Photio infecti fuerunt, timore potius humano, quam odio in Ignatium vel Nicolaum id commisisse. Forte vero præposituram inierunt sic velut vicarii, ac ne quid gravius fratrum sodalitas per Nicolai absentiam pateretur, vel ipso annuente Nicolao: idque videatur auctor innuere in Theodoro Santabarino, cum ἀντιπροσωποῦντα τὸ μοναστήριον, per annum integrum, successorem habuisse memorat Sabam Photii discipulum: ut alii, Nicolai discipuli fuerint; Sabas Photii. Nacolia urbs est Ptolomæo ac Straboni magnæ Phrygiæ. In viii synodo subscriptus habetur, Photius episcopus Nacoliæ: ac videri possit scribendum Nacolia, cum vix ulla possit assignari urbs Nacolia. Quia tamen constat ex Anastasio solos veteres episcopos, ac sub aliis patriarchis ordinatos, ad usum esse ut subscriberent synodo, nec Achilles subscribere potuit, nec si quem Photius, eo forte defuncto, illi substituit. Sit ergo Nacolia peculiaris civitas, forte in Asia Minori, quam Turcæ ac moderni Natoliam vocant: velut thema orientale, ac quod orientior sit Constantinopoli.

δέσμιος ἐνθεν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μονὴν ἐπανάγεται, καὶ τῷ προβρόθηθέντι Σάββα παραδοθείς, ἐμφρούριος ἐναποκαθίσταται ἐπὶ δύο ἔτη ἀπρονόητος, ἐν τηρήσει πολλῇ διαφυλαττόμενος. Ἄλλ' ἐπειδὴ αἱ τῶν ἀμαρτωλῶν ὁδοὶ σκοτειναὶ, καὶ οὐκ οἶδουσι πῶς προσκόπτουσιν· ἵνα κατ' ἄμω τοῖν δυοῖν Καισάρων ὑπὸ τοῦ ὁσίου προφητευθὲν τέλος προκαταλάβῃται, ἐπὶ Κρήτην ὁ ἀναξ Μιχαὴλ σὺν τῷ Καισαρι κατὰ τοῦ Ἰσμαὴλ ἐκστρατεύουσιν· ἐκεῖσέ τε κατὰ τὴν ὁδὸν ἐπιμανέντες ἀλλήλοις (35), ὁ Καῖσαρ ἐπιβουλευθεὶς ἐλευσίνως ἐν μαχαίρᾳ διαμερισθεὶς κατασφάττεται. Ὁ δὲ ὑποστρέψας, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὸς ἐπίσης ἐκείνῳ τῆς ὁργῆς τὸ ποτήριον πέπωκεν, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ τέλος κατὰ τὴν τοῦ δικαίου πρότασιν ἐφευράμενος.

Καὶ εὐθέως ὁ Καῖσαρ Βασίλειος τὰ τῶν Ῥωμαίων σκήπτρα μεταχειρίζεται· ὅς ἱερὰν γενέσθαι σύνοδον παρακελευσάμενος, μετὰ τὸ ἀποδοῦναι τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον τὸν θεοφόρον Ἰγνάτιον [ἱ. τῷ θεοφόρῳ Ἰγνατίῳ], ἐπιζητήσας τὸν κοινὸν ἡμῶν Πατέρα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρα Νικόλαον, κατασχεῖν παρεκάλει καὶ αὐτὸν τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ μοναστήριον· συμπρεσβευτὴν ἐν τούτῳ πρὸς τὴν παράκλησιν καὶ τὸν ἀρχιερέα ἐπιφερόμενος. Ὁ δὲ ἀπωθεῖτο τὴν τοιαύτην ἐγγείρησιν [ἰ. ἐγγείρισιν], τὴν τε τοῦ γήρωσ ἀδυναμίαν, καὶ τὴν ἐκ τῶν προηγησάμενων ἐν αὐτῷ συντριβὴν προβαλλόμενος. Ἐχεις με, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ, ὡς ἂν κελύοις, κατὰ πάντα τῷ σῶ ὑπηρετοῦντα θελήματι· ἀλλὰ καὶ τὴν παρῶρησίαν τε καὶ ἀποστολήν ἀκώλυτον εἶναι παρακελεύομαι· μέγα κέρδος ἡγούμενος, τὸ ὑπὸ τῆς σῆς ὀσιότητος δηλοποιεῖσθαι τε καὶ ἐπισκέπτεσθαι. Ἐν τούτοις ὁ ἀναξ φιλοφρονησάμενος τὸν μακάριον, καὶ πείσας τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἀναδέξασθαι, σὺν θυμηδίᾳ πολλῇ τῶν βασιλείων ἐξαπέστειλεν, εἰ καὶ μάλιστα συχνωτέρως πρὸς ἑαυτὸν μετεπέλλετο, ἡδόμενος αὐτοῦ τῇ ἀπλότητι.

Ἄλλ' ἐνταῦθα δίκαιον ᾤθηεν διὰ βραχέων, τοῖς πόνοις τούτου τὴν ἐπιχαρτίαν προσενεῖραι τῷ διηγήματι, καὶ μικρὰ τινα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ὑπομνήσει τοῖς ἐντυχάνουσι· ὡς ἂν ἄρτιον εἴη τῆς ὑψηλῆσεως τὸ ὠφέλιμον. Εἰ γὰρ καὶ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, ὡς γέγραπται· ἀλλ' οὖν εἰς μείζονα δόξαν τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ὁ Κύριος, ἐν τοῖς πιστοῖς τὰ πρὸς εὐεργεσίαν τῆς φύσεως διανέμει τούτων χαρίσματα· οὐκοῦν μετ' εὐφροσύνης τὰ τοῦ Πνεύματος ἐξείπωμεν θαύματα.

Εὐδοκία γὰρ ἡ τοῦ φιλοχρίστου μέδοντος σύνουτος, κατ' αὐτὰς τὰς ἡμέρας πάθει δεινῶ περιπέπτωκε· καὶ τῆς ἐκ τῶν λατρῶν ἐπομένης βοηθείας ἐστέρητο, ἐπεὶ καὶ τὰ τοῦ πάθους πρὸς θάνατον ἐβλεπε. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀθυμοῦντος, καὶ περὶ τούτου δεινῶς ποτνωμένου καὶ στείνοντος, ὄπτασία τις παρεμπε-

A ipsius reducitur monasterium, praefatoque Sabæ traditus, in carcere ad biennium, maximo corporis neglectu, diligentique admodum custodia, tenetur. Quia nihilominus peccatorum viæ tenebrae sunt, nec sciunt quomodo offendunt²³; quo finis a Sancto in duos Cæsares prænuntiatus tunc primum occuparet, junctis copiis imperator Michael ac Cæsar, in Cretam adversus Ismaelem exercitum educunt: tumque in via mutuo in se furore concitatis, Cæsar insidiis appetitus, misere gladio dissectus jugulatur. Reversus autem ille, brevi et ipse perinde calicem iræ bibit, unum eundemque, juxta quod vir justus pronuntiat, inveniens finem.

B Mox vero Basilus Cæsar Romani imperii sceptrum moderanda suscipit; jubensque sacram fieri synodum, post redditam Ignatio pontificalem sedem, quærens communem nostrum Patrem ac Ecclesiæ lumen Nicolaum, obsecrabat, ut et ipse monasterii sui curam reciperet, una secum obsecrationis intercessorem episcopum adhibens. At ille, commissum a se munus rejiciens, cum affectæ senectutis impotentiam causabatur, tum ab iis, qui illic præfecturam gessissent, exantlato labore atque molestias. Habes, inquit, imperator, ad omnia quæ jusseris multa alacritate tuæ devotum voluntati: verum a te unum hoc rogo, ut ne libertatem ac dimissionem meam impedias; cui magni lucri compendio accedat, ut a tua sanctitate manifestus ac protegar. Denique imperator benevole virum beatum excipiens, ac persuadens pristinae præfecturæ munus etiamnum obire, multa animi voluptate ab aula remisit: quanquam etiam a se crebrius accersebat, ejus impendio simplicitate affectus.

Hic enimvero operæ pretium duxi, beati viri laboribus etiam consequentes fructus brevi narratione subnectere, ac pauca quædam ejus miracula Lectoribus insinuare, quo absoluta consistat narrationis utilitas. Quanquam enim signa in fidelibus²⁴, juxta quod Scriptura habet: Dominus tamen, ad majorem famulorum suorum gloriam, eorum dona, quibus natura beneficio afficitur, in fidelibus distribuit. Læti ergo divina Spiritus miracula edicamus.

Quippe Eudocia Christi amantis imperatoris uxor, per hos dies in morbum gravem incidit, jamque omni medicorum auxilio, morbo in mortem inclinante, destituta erat. Cum autem imperator ea re mœstus, dire quiriraretur, ac animo angustiaretur, incidens interim visio læto animo effecit. Putabat enim

²³ Prov. iv, 19. ²⁴ I Cor. xiv, 22.

FRANC. COMBEFISII NOTÆ.

(35) Videndus Nicetas in Vita Ignatii, ubi pluribus explicat qui ista habuerint, ac qua primum occasione, ulciscente Numine, rixæ illæ ac tandem

utriusque Cæsaris mors contigerint, Basilusque pius princeps regnum capessiverit.

illa, cum modicum degustaret somnum, senem quemdam videre, monachum quidem habitu, quemque multa gloria honestaret, in hæc verba affantem: *Confide, inquit, fore, ut modo minime moriaris: quin amodo optatæ sanitatis commoda persensura es.* Tum illa somno soluta rem statim cum viro communicans, imperiali decreto, omnes in urbe sanctimonix laude præcellentes viros, cum invisendi ergo ad se ascendere jubet²⁹. Quamobrem etiam Pater noster una cum Patrum choro in palatium veniens, vultu Mosis instar glorificato, liquido is ipse Augustæ innotuit, qui in visione verba oppignerasset. Magna itaque voce, in gratiarum actionem effusa, palam traducens, gloriosa Dei in ipsam per eum magnalia prædicavit. Imperator autem, adstansque omnis caterva, virum admirantes, congruis honoribus prosecuti sunt. Symbolice puto, Christi famulus, illi simile miraculum portento quodam operatus est, quod nominis patronus Nicolaus olim edidisset, cum nimirum, imperatori in visu apprensens, ab injusta nece viros liberavit. Enimvero, miraculo subnectentes miracula, Patris virtutem ediscamus.

Helena quippe Manuelis patricii quondam uxor, cum perinde atque Augusta, portis inferni, vi morbi, propior accessisset, jamque sui ad suprema, pro morientium ratione, officia parati essent; accedens magnus ille, ac manu ægrotantis caput attingens crucisque signo desuper in aere expresso corpus consiguans, mortis recessum vegetavit. Confestim enim sanitate recepta, a diro dolore, quo tenebatur, liberata est.

Sed et hoc præfate ejus viro memoratur accidisse. Nimirum, cum humili lecto jacens decumberet, jamque a medicis supremam mortis sententiam accepisset, rogabat adesse virum sanctum, clamore flagitans, ut angelico monachorum habitu perornaret. Ad quem Sanctus: *Haudquaquam: nec enim, fili, conducibile foret, qui brevi, infirmitatis hujus symbola relinquens, magistratum præfecturas Dei munere administraturus sis.* Ubi itaque hoc evenerit, te deinceps coma deposita ad beatam illam sortem bonis operibus refertum assumpturus sum. Porro finem habuit prædictio, eventusque prophetiam secutus est. Etenim relicta ille cum lecto ægri-tudine, diversisque illis magistratibus defunctus, cum tandem modicum ægrotasset, juxta viri justis sententiam, comam deponens, migravit ad Dominum.

Theophilus autem, qui perinde atque Melissenis, Lydiates appellabatur: quippe vir eorum gener erat, impositamque illis a genere appellationem ipse etiam merito abusione ferebat. Nam et protospatharii dignitate ornatus erat. Nati porro ex eo infantes, vitam statim cum morte commutabant,amboque parentes jucundissima eorum gaudio ac

σοῦσα μέσον, εὐθυμῆν παρεσκευάζεν. Ἐδόκει γάρ ἐκεῖνη μικρὸν καθευδῆσασα, καθορᾶν τινα γηραιὸν, μοναχὸν μὲν ὑπάρχοντα, καὶ δόξῃ πολλῇ σεμνυόμενον· οὕτω δὲ πως αὐτῇ προσδιαλεγόμενον· *Θάρσει, φησὶν, ὡς οὐ τεθναίεις τὰ νῦν· ἔξεις δὲ λοιπὸν ἐκ τῆς δεῦρο τῆς σοι φίλης ὑγείας τὸ χρήσιμον.* Ἡ καὶ μετὰ τὸν δνειρον τοῦτο παρ' εὐθὺς τάνδρῳ διανείμασα, σθένει τοῦ κράτους πρὸς ἑαυτὴν τοὺς ἀνά τὴν πόλιν ἐπ' εὐλαθείᾳ προδχοντας, ἐπισκέψεως χάριν ἀνελθεῖν παρασκεύασεν. Ἐνθεν ὁ μέγας συνανιῶν ταῖς Πατράσι, δεδοξασμένον φέρων κατὰ Μωτέα τὸ πρόσωπον, γνώριμος τῇ βασιλίδι γεγένηται, ὡς αὐτὸς εἶη ὁ ἐν τῇ ὄπτασι αὐτῇ ὁμηρουσάμενος ῥήματα. Ὅθεν μεγάλη τῇ φωνῇ διὰ τῆς εὐχαριστίας τοῦτον ἀναφανδὸν ἐθριάμβευσε, τὰ εἰς αὐτὴν δι' αὐτοῦ ἔνδοξα τοῦ Θεοῦ μεγαλεῖα ἀνακηρύττουσα. Ὅν ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντες οἱ συμπρόντες θαυμάζοντες ταῖς προπούσαις τιμαῖς ἀπεσέμνονον. Συμβολικῶς οἶμαι τῷ ἐπωνύμῳ Νικολάῳ ἐφάμιλλον, ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων κατ' ἐκεῖνον τὸ θαῦμα τερατευσάμενος, ἐν ὄνειρῳ πάσαις δειματώσας τῷ ἀνακτι τῆς ἀδίκου δίκης τοὺς ἀνδρας ἐξελάτω. Ἄλλὰ θαύματι συνάπτοντες θαύματα, τὴν τοῦ Πατρὸς ἀρετὴν καταμάθωμεν.

Ἐλένη γάρ ἡ τοῦ πατρικίου Μανουὴλ ὑπάρξασα σύμβιος, ἐπίσης τῇ βασιλίσσῃ ταῖς τοῦ ἄδου πυλῶσι δι' ἀβρωστίας ἐγγίζουσα, καὶ πρὸς τὴν ἐξόδιον τῶν αὐτῆς εὐτρεπιζομένων συνήθειαν· ἐπιστὰς ὁ μέγας τῇ χειρὶ τῇ τῆς καμνοῦτης κορυφῇ ἐφαψάμενος, τῷ σταυρικῷ συμβόλῳ ἀερίως ὑπερθεν ταύτης ἐπισφραγίσας τῷ σώματι, τὸν τοῦ θανάτου μυχὸν ἀνεζώγησεν. Ἐβρωτο γάρ εὐθέως, καὶ τῆς κατεχούσης ὀδύνης ἀπήλλακτο.

Ταυτὸ δὲ συμβεβηκέναι καὶ τῷ προβηθέντι ταύτης ἀνδρὶ διηγόρεται· ὃς ἐπὶ τοῦ σκίμποδος ἀνακείμενος, καὶ πρὸς τῶν ἱατρῶν τὴν τελευταίαν τοῦ θανάτου ἀπόφασιν προσλαβόμενος, ἐπιστάντα παρεκάλει τὸν ἅγιον, τῷ ἀγγελικῷ τῶν μοναχῶν κατακοσμήσαι τοῦτον ἐπιδοῶμενος σχήματι. Οὐ, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ὁ δσος ἀπερθέγγετο. Οὐ γὰρ λυσιτελεῖ σοι, τέκνον, συμβῆσεται, μέλλοντι συντόμως τῆς ἀβρωστίας τῆςδε διαδράντι τὰ σύμβολα, τῶνδε τῶν ἀξιωμάτων τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τὰς ἀρχὰς διοικήσασθαι. Ἡ δ' ἂν τοίνυν τοῦτο γενήσεται, τότε σοι [γρ. τότε σε] λοιπὸν ἀποκαρθέντα πρὸς τὴν ἐκεῖσε λῆξιν κομῶντα ταῖς ἀγαθοεργίαις προσλάβοιμι. Εἶχε δὲ τέλος ἡ πρόβησις, καὶ τὴν προφητείαν ἐπηκολούθει τὰ πράγματα. Τῇ γὰρ εὐνῇ ὁ ἀνὴρ τὴν νόσον ἐπαποθέμενος, καὶ τοῖς διαφοροῖς ἐκείνοις ὑπείσελθὼν ἀξιώμασι, τέλος μικρὸν νοσήσας, κατὰ τὴν τοῦ δικαίου ἀπόφασιν, ἀποκαρθὴς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε.

Θεόφιλος δὲ ὁ κατὰ τοῦ Μελισσηνοῦς Αὐδιάτης καλούμενος (γαμβρὸς γὰρ αὐτῶν ὁ ἀνὴρ ἐχορημάτισε, καὶ τὸ ἐκ γένους ἐκεῖνοις παρωνύμως ἐπιτεθὲν, εἰκότως καὶ οὗτος καταχρηστικῶς ἐπεφέρετο· καὶ γὰρ καὶ τῷ τοῦ πρωτοσπαθαρίου ἐτετίμητο ἀξιώματι), τὰ παρ' αὐτοῦ νήπια, τοῦ ζῆν. αὐθωρὸν ἀπηλλάττοντο, καὶ τῆς ἡδίστης τούτων χαρμωσύνης τε

²⁹ Exod. xxiv, 29.

καὶ διαβιώσεως ἀμφω τῷ συμβίῳ ἐστέρηντο. Θέλγει γάρ ὄντως τὰ τῶν νηπίων ψαλλίσματα, ἐκ τῆς ἀτέχνου γλώσσης μάλιστα προλίμενα. Καὶ δὴ βουλὴν καλὴν βουλευσάμενος· σὺν τῇ γαμετῇ, τῷ μεγάλῳ τούτῳ φωστῆρι καταλαθόντες προσπίπτουσι, καὶ τὴν τῆς ἀπαιδείας ὀδύνην μετὰ πολλῶν δακρῶν διαγορεύουσι· καὶ ὡσπερ θυρεῶ τινι ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἀπρόοπτον τοῦ θανάτου τῶν ἐμψύων φορὰν κατασφαλίζόμενοι, αὐτὴν τὴν μέγαν τὴν ἐκ τῆς ἀναγεννήσεως τοῦ θεοῦ βαπτίσματος παρεκάλουν ἀναδοχὴν τούτοις δωρήσασθαι. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐκ ἐπένευσε· τὴν χάραν δὲ τούτου βρέφους, οὐπερ ἐκέκτηντο, τῇ λαίῳ χειρὶ καθαψάμενος, τὴν τε ἐξέραν ἀπεώρισας ἄνω, καὶ ἱκανῶς προσευξάμενος, Ἄπιτε, φησὶν, οἴκαδε· τὰδε γὰρ λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι Ζήσεται τὸ θυγάτριον (θῆλυ γὰρ ἔπειπερ ἐτύγχανε), καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν υἱὸς τῶν αὐτῆς υἱῶν καταθρήσειτε, καὶ οὕτω μετ' εὐφροσύνης καὶ ὑμεῖς τῶν ἐνθένδε μετακαστεύσητε. Ἐπηκολούθει δὲ καὶ ὡς τοῖς τοῦ Πατρὸς λόγοις τῶν πραγμάτων ἢ ἐκβάσις, καὶ πολὺ παιδὲς τῇ ἀτεκνίᾳ τοῦ παιδὸς

Καὶ τί ἂν λέγοιμι τὰ καθέκαστον; Δέδεικται δὴ τοῦ τῷ προφητικῷ χαρακτήρι [Ισ. ἀδδ. ἀμα] τῇ τῶν θαυμάτων διόπτρᾳ πανταχόθεν τὸν μέγαν κατακοσμούμενον, εἰ καὶ τοῦ χρόνου τῷ μήκει τὰ πλεῖστα τούτων ὁ τῆς λήθης βυθὸς ἐθησαύρισεν. Ἄλλ' ἐπεὶ δι' ἀσθενείας ὁ λόγος ἀμυδρῶς πως τὰς αὐτοῦ ἀριστίας ὑπεσημάνατο, φέρε καθόσον οἶδόν τε, τοῖς παλαιοῖς τὰ ἐκαίνου συνάψαντες, κάντεϋθεν τὸν ἄνδρα γνωρίσωμεν. Οὐ γὰρ μερικὰ τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα, εἰ καὶ διάφορος ἡ τούτων ἐνέργεια. Μόνον γὰρ εἰς ἀλλήλους διαμερίζομεν, τὸ προσπαθεῖς ἡμεῖς ἐκάστῳ τὰ ἀμερῇ ἐν μέρει μερικῶς συνεστῶντες τῆς σχέσεως. Οὕτως δὲ σκοπήσωμεν.

Θαυμάζεις Ἄβελ τὴν τῆς καρδίας εὐθύτητα καὶ τὰ ἀρτιγενῆ τῶν δώρων πρωτότοκα, ἐπεὶ καὶ πρὸς Θεοῦ τὸν ἔπαινον ἀπειλήφασιν· τὴν τε τοῦ Ἐνώχ ἐλπίδα, καὶ Ἐνώχ τὴν μετάθεσιν· θαύμασον, εἰ βούλει, τὴν ἐξ αὐτῆς νηπιότητος καὶ τούτου τὴν ἀρτιγενῆ τῶν φρενῶν πρὸς τὸ θεῖον ἀλλοίωσιν· τὴν τε γενικὴν τῶν ἡλικιωῶν ἀπαρχὴν, τῆς λογικῆς, ψημῖ, θυσίας· ἐκ πνεύματος συντετριμμένου, τιμιωτέραν τῶν δώρων ἀνάθεσιν, καὶ τὴν ἐντεϋθεν ἐλπίδα, καὶ τὴν τοῦ νοῦς πρὸς τὰ ὑπὲρ αἰσθησὶν καθεκάστην ἐγγινομένην μετάθεσιν· ὅσον ἐκεῖ μὲν, ἐκ τῶν περὶ αὐτῶν, ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν δὲ τούτῳ τῆς προσφορᾶς ἢ τελειώσις. Εἰ δὲ τὴν τοῦ πρωτοπάτορος ἐν χειρὶ Θεοῦ γενομένην διάπλασιν, καὶ τὴν ἐν παραδείσῳ διατριβὴν, καὶ τὴν πρώτην νομοθεσίαν ἀντεπεξάγοις τῷ ἡμετέρῳ Πατρὶ, μείζον, ἢ ἔλαττον εὐρήσεις τῆς ἀρετῆς τὸ ἐγκώμιον, τὴν τῆς ἐντολῆς ὑφαίρεσιν ἄρτιον ἐντεϋθεν προσλαμβανόμενος, τὴν τε ἐν παραδείσῳ (36) τρυφὴν ὅσον οὐπω μετὰ δικαίων ἀποληψόμενος· ἐπεὶ μὴ οἶδόν τέ τινα τελειωθῆναι κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον.

¹⁶ Hebr. II, 40.

FRANC. COMBEFISHI NOTÆ.

(36) Quanquam videtur auctor obscurius loqui, satis tamen indicat errorem, utriusque Ecclesiæ

A vita carebant. Plane enim mulcent, quæ maxime infantes rudi lingua balbutimenta pronuntiant. Bono itaque consilio, una cum conjugæ, magnum hoc lumen adentes, ejus se objiciunt pedibus, multisque lacrymis, exponunt, quem ex orbitate prolis dolorem persentirent. Ac vero, ceu quodam clypeo, adversum improvisam illam mortis infantum violentiam sese munientes, hunc ipsum magnum virum, ut susceptoris a divini baptismatis regeneratione munus obire dignaretur, obsecrant. Haud tamen ille postulatis annuit: caput nihilominus infantis superstitis manu sinistra tenens, dexteramque desuper elevans, ac abunde precatu: *Domum, inquit, abite: hæc enim dicit Spiritus sanctus: Vi-*
 B *vet puella: quippe femina erat: vestrisque ipsi oculis filios filiorum ejus visuri estis; sicque vos etiam ab humanis cum lætitia migrabitis.* Porro hic quoque rerum eventus Patris sermones consecutus est, filiique orbitate multorum filiorum parentes existerunt, qui illis orbi erant.

οἱ ἀπαιδῆς ἐχρημάτιζον.

Quid vero singula prosequar? Sane probatum fuit magnum hunc virum prophetico schemate miraculorum dioptra omnino ornatum esse, quamquam longo temporis lapsu pleraque illorum oblivionis profundum absorbit. Quia enimvero obscure quodammodo præ sua imbecillitate instituta oratio, C ejus res præclare gestas designavit: age jam, res ejus antiquorum rebus gestis conferentes, hinc quoque declaremus viri præstantiam. Nec enim Spiritus dona particularia sunt, locisque ac personis addicta, tametsi eorum virtus est diversa. Soliquippe nos, quæ individua sunt, in parte particulatim in invicem partimur ac dividimus, qua sumus in aliquos, affectionem prodentes. Sic autem consideremus.

Miraris Abelis cor rectum, novaque munerum primitiva, quando etiam a Deo laudem meruerunt: spem quoque Enos, ac Enochii translationem: verum hujus quoque, si lubet, mirare ab infantia ipsa novam sensus animi in Deum demutationem, universasque ætatum primitias; rationalis, inquam, hostiæ ex spiritu contrito, pretiosiorum munerum oblationem, quæque inde spes, ac mentis quotidiana, ad ea quæ sensum exsuperant, translatio accedit: quanto illic, ex circumstanti externaque substantia, huic autem, ex ipsismet propriis oblatio consummatur. Sin autem protoplasti in manu Dei formationem, moramque in paradiso, ac primo latam legem, Patri nostro ex adverso produxeris; majus, quam minus encomium virtutis inveneris; integram inde mandati abrogationem assumens, paradisi que vix non cum justis accepturus voluptatem: siquidem, juxta magni Pauli sententiam, impossibile est quemquam cou-

summari ¹⁶.

Laudas Noëmum, quod diluvii aquas in justitia A
evaserit ²⁷, quodque bruta animantia arcæ lignæ
ambito continuerit ²⁸. Abrahæ item hospitalitatem,
novamque Deo offerentem unigeniti hostiam; sus-
ceptum inquam ex repromissione immolantem; sed
ei hujus lauda hæretica illuvione ad Deum perfu-
gium, quodque genera multa rationalium salvarit:
animi item purgationem, quamque sacerdotii jure
Christo ipsi ac Deo hospitem paravit mensam.
Quippe qui etiam totum se, mensam sacram ac
spiritali holocaustum effecerit. Plane mirabilis
Isaac ante etiam nativitate promissio ²⁹; hic enim
vero ipse statim ultro promisit, post etiam nati-
vitatem.

Mira quoque est Jacobi scala ³⁰ ceu novi cujusdam
ac admirandi sacramenti designatio ³¹: viri item
circa pecudes solertia; nec non tanta illa, duodenæ
prolis ex lumbis ejus propagatione, felicitas: sed
et hujus mirabilis virtutum, morali conversatione
recta scala, nec non pascendi ratione præditos
peritia, ac demum copiosa ex lumbis, spiritali partu
filiorum editio.

Beatissimus Job in stercore positus ³², tantaque
illa in malis tolerantia, omnium ore celebratur: hic
autem, fortitudinem illam ex desudatis certaminibus
vulnerumque cicatrices indutus, longamque aliis
aliisque locis carcerum coercionem stercoreis instar
inveniens, nihil minus illo tolerantiam coluit.

Magnus Moses, tanquam qui deus Pharaonis ³³ mi-
rabilisque populi ductor, ac mitis legislator, ut quis
alius, fuerit. Sed et hic nihilominus perinde atque
ille, deus adoptione, ac legislator mitissimus, om-
nes admonens hortansque abstinere a malis actibus,
virgaque depurgati zimi ac vacui ab affectionibus,
varia miracula patrans, imitatus est Davidis illud
in bellis inexpugnabile robur, hæreticorum phalan-
ges invicta fortitudine fugans ³⁴. Mitto dicere zelum
Phinees, ac Eliæ Carmelum ³⁵, Elisæique in melote,
duplici dono concessam Spiritus vim ³⁶: in quibus
magnum hic, excellentia virtutis, quam fieri potest,
ntrisque eos partibus expressit.

²⁷ Gen, vii, 1. ²⁸ Gen. xviii, 2; xii, 2. ²⁹ Gen. xviii, 10. ³⁰ Gen. xxvii, 12. ³¹ Gen. xxii, 37. ³²
Job. i, etc. ³³ Exod. vii, 1. Num. xii, 3. ³⁴ Num. xv, 7. ³⁵ III Reg. xviii, 19. ³⁶ IV Reg. ii, 9.

FRANC. COMBEFISH NOTÆ.

consensu in Florent. damnatum, in quo versata est
magna pars sequioris Græciæ, quemque in ea mul-
tis arguit Leo Allatus opusc. nuper edito Parisiis;
ut nimirum justis, non omnino beatas sedes ante
ultimam consummationem accipiant, ac paradisi
amœna; sed ζσον οὕτω, tantum non, ac lere reci-
pient. necdum Dei visione beati, sed locis quibus-
dam lucidis in gaudio agentes, cum impii ac mali
interim mœsti agant in locis obscuris ac tenebrosis:
ut etiamnum eo modo justis habeant, ac post Chri-
stum ejusque morte devictam mortem, quo sentit
Ecclesia habuisse ante eundem, ac necdum soluto
pretio universali, quando revera nemo consumma-
batur, uti apostolus ab auctore citatus habet:
pedum eo sensu, quo nec modo consummatur ali-
quis, ultima omnino consummatione ac glorifica-
tione totius hominis, de qua etiam nihil vetat

Ἐπινεῖς Νῶε τὴν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ κατακλυ-
σμοῦ φυγαδείαν, καὶ τὴν ἐν λάρνακι ἐθλήνῃ τῶν
ἀλόγων ζῶων κατάσχεσιν· τοῦ τε Ἀβραάμ τὴν φι-
λοξενίαν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς καινὴν θυσίαν,
θεῶ τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας θῦμα προσάγοντα·
ἐπαίνει καὶ τούτου τὴν ἐκ τῆς αἰρετικῆς κατακλύ-
σεως πρὸς αὐτὸν [Ἰσ. πρὸς αὐτὸν πίστιν, ἢ, κα-
ταφυγὴν], καὶ γένη πολλὰ τῶν λογικῶν διασιύσαντα,
τὴν τε τοῦ νοῦς κάθαρσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἱερωσύ-
νης ἐτοιμασθεῖσαν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ θεῷ φι-
λόξενον τράπεζαν· ἐπεὶ καὶ ὅλον ἑαυτὸν, ἱερὰν τρά-
πεζαν, καὶ πνευματικὸν ὀλοκάρπωμα κατεργάσατο.
θαυμαστὴ ἀληθῶς ἡ τοῦ Ἰσαάκ ἐπαγγελία, καὶ πρὸ
γεννήσεως· ὁ δὲ αὐτεπάγγελτος εὐθύς ὑπήρξε (37),
καὶ μετὰ γέννησιν.

B θαυμαστὴ καὶ τοῦ Ἰακώβ κλίμαξ, ὡς παραδόξου
μυστήριου προτύπωσις· καὶ ἡ περὶ τὰ θρέμματα
τοῦ ἀνδρὸς εὐμηχανία· καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος δωδε-
καστέλεχος τῶν τέκνων εὐήμερία· θαυμαστὴ δὲ καὶ
τούτῳ [Ἰσ. τούτου] τῶν ἀρετῶν ἡ κλίμαξ πρακτικῶς
ἐξεγένετο, καὶ ἡ ποιμαντικὴ τῶν λογικῶν ἐμπει-
ρία, καὶ ἡ ἐκ τῆς ὀσφύος πλήθουσα πνευματικὴ
τῶν τέκνων ἀπότειξις.

Ἰὼβ ἐπὶ κοπρίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ δεινὰ καρτερία,
ἐν τοῖς ἀπάντων καταγεραίρεται στόματι· ὁ δὲ
τὴν ἐκ τῶν ἀθλῶν ἀνδρείαν, καὶ τῶν τραυμάτων τὰ
ἔλκη καταβαλλόμενος· τὴν τε ἐκ τόπου εἰς τόπον
χρονίαν κάθειρξιν ὡς κοπρίαν ἐπιφερόμενος, ἐπίσης
τὴν καρτερίαν ἐξήσκησε.

C Μέγας Μωσῆς ὡς θεὸς Φαραῶ, καὶ ξένος δη-
αγωγός, καὶ νομοθέτης πρῶτος, εἰ καί τις ἄλλος, γενό-
μενος· ὁ δὲ, θέσει μὲν θεὸς κατ' ἐκεῖνον, καὶ νομο-
θέτης πράτατος, παρεγγυῶν ἅπασιν τῶν φαύλων
ἀπέχεσθαι πράξεων· καὶ ῥάβδι τῆς ἀπαθείας θαυ-
ματουργοῦν διαφόροις τοῖς θαύμασιν, ἐμιμήσατο
Δαβὶδ τὸ ἐν πολέμοις ἀκαταμάχητον, τὰς τῶν αἰρε-
τικῶν ἀνδρείως κατατροπούμενος φάλαγγας. Ἐὼ
λέγειν Φινεὲς τὸν ζῆλον, καὶ Ἰλιῶ τὸν Κάρμηλον,
καὶ Ἐλισσαίου τὴν ἐν μηλωτῇ διπλῷ τῷ χαρίσματι τοῦ
Πνεύματος δύναμιν· ὧν ὁ μέγας τῷ περιόντι τῆς
ἀρετῆς, ὡς οἶόν τε, κατ' ἀμφοτέρα τούτοις ἀπεμι-
μήσατο.

D exponi apostolum; sed neque prima illa, ac velut
substantiali, quæ in Dei visione consistit. Exstant
in biblioth. Regia Hilarionis cujusdam apocalypses
ac somnia, eum aperte errorem habentia, alioqui
doctrinæ morum non inutilia. Illud ἀρτιον ἐντολῆς
ὕφαρσιν, ut Adamum respiciat, id velit, omnimo-
dam mandati velut subtractionem: id est, summam
ejus pravariationem, beato illo statu, et cum nihil
esset in eam impellens, excepta ingrata voluntate:
ut autem Nicolaum, contrario sensu exponendum
sit, quasi nihil ab eo, præcepto detractum sit,
obsequentissimusque Dei legibus fuerit.

(37) Promissa copiosa prole ex nata puella, cui
parentes timebant, ne et ipsa, uti reliquæ proles,
præmature exstingueretur: quæ viri sancti pro-
phetia paulo ante narrata est.

Εἰ δὲ καὶ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσήφ σιτοδείαν ἂ ἐπιζητοῖς ἐκδήσασθαι, πρόβηθι λοιπὸν, καὶ ἕψε μείζω τῶν σοι ἐζητασμένων τὴν ὑπαρξιν. Ἐπεὶ γὰρ ἔδει τοῦτον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, τῆς ἀθλητικῆς παλαίστρας καλῶς τὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενον, τὸ κοινὸν ἀποτίσαι χρέος τῆς φύσεως (ἦν δι' ἀβρωσίας ἐπὶ τοῦ σκίμπος ἀνακείμενος, τῶν τέκνων στοιχηδὸν ἤδη παρισταμένων αὐτῷ, καὶ τὰ τοῦ πάθους σχετλιαζόντων ἐξόδια), εἰπεῖν λέγεται τὸν μακάριον, μὴ τῶν καθηκόντων ἐφυστεροῦντο, ἐντεῦθεν τὴν ἀθυμοῦσαν αὐτῶν, ὡς οἶμαι, ψυχὴν κατεγγυῖζόμενος. Οἱ δὲ, θρυλληθέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ Πατρὸς ἐρωτήματι, ἀνεδίδαξαν τὴν προσφάτως αὐτοῖς χρειώδη τοῦ αἵτου ἐνδειαν παραστήσαντες.

Τότε στενάξας ὁ μέγας, καὶ ἐνθους ὡς περ γενόμενος, Ἐγὼ μὲν ἄπειμι, φησί, καὶ μεταναστεύω πρὸς τοὺς πατέρας μου. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι τὰ νῦν ἀποκρίσεται· ὑμῖν δὲ, ὁ τῷ Ἰσραὴλ πάλαι τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ πέτρας θαψιλευσάμενος, μετὰ τρίτην ἡμέραν τῆς ἐμῆς ἀπ' ὑμῶν διαζεύξεως, αὐτὸς ὑμῖν τὸν σῖτον εἰς κόρον παράσχηται. Καί... τῷ λόγῳ ὑποσημαῖναι τοῖς ἀδελφοῖς τὰ τοῦ ξύλου κρούσματα παρακλευσάμενος, ὡς τῷ ἱερῷ τῷ μοναχῶν συστήματι [γρ. τὸ ἱερὸν σύστημα], ἐπὶ τὸ αἰτὸ συναθροισθὲν ἐθεάσατο, ὡς οἶόν τε, τούτῳ τὰ ἐξόδια προσφθεγξάμενος ῥήματα, προχειρίζεται μετὰ τῆς τούτων βουλῆς τὸν καθηγησόμενον. Κλήμης δὲ ἦν ὁ θαυμάσιος, ὁ φερωνύμως ὡς κλῆμα κατάκαρπον, ἀειθαλεῖς τοὺς τῶν ἀρετῶν ἐπιφερόμενος βότρυας, τὴν τοῦ οἰκονόμου τότε βαθμὴν ματερχόμενος.

Αὐτὸς δὲ μικρὸν κατατροχωθεὶς τῷ νοσήματι, ἐκδημος ὄλος καὶ πρὸ τῆς ἐκδημίας τῇ τοῦ νοσῆ μεταθέσει τῶν ἐνθεν γενόμενος, ἐξάρσας τοὺς πόδας, καὶ σταυρικῶ τὰς χεῖρας τυπώσας τῷ σχήματι, τοῖς ἀπάγουσιν αὐτὴν ἀγίοις ἀγγέλοις μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας τὴν ψυχὴν ἐναπέθετο, τῷ ἑβδομηκοστῷ καὶ πέμπτῳ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ, ἐξακισχιλιοστῷ δὲ τριακισιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἔκτῳ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, τετάρτη τοῦ Περιτίου μηνός, τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος, ὅς ἐστι Φεβρουάριος.

Τὸ δὲ πολυστικτον αὐτοῦ καὶ πολυάθλον σκῆνος, μετὰ Ναυκρατίου τοῦ μάκαρος κατετέθη, πρὸς τῷ δεξιῷ μέρει, ἐν τῷ κατ' ἀνατολὰς τοῦ Προδρομικοῦ τεμένους πανενδόξῳ καὶ ἱερῷ τῶν μαρτύρων σηκῷ· ἐνθα δὴ καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου ἡ πανευκλεῆς καὶ πανσέβαστος τιμὴ θήκη καθίδρυται. Ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν

Ἐπεὶ οὖν μεταβὰς τῶν προφητευθέντων ἐλάττω [Ἰσ. ἐλάθετο] ἢ οὐχ ὡς ἐχρῆν τὰς ἐκβάσεις, ἢ τῶν ἐπαγγελιῶν πόρρω τῷ χρονικῷ πεποίηκε διαστήματι; Οὐδαμῶς. Μετὰ γὰρ τρίτην ἡμέραν τῆς αὐτοῦ ἐνδόξου μεταναστεύσεως, πλήρες αἵτου τῶν βασιλικῶν πλοίων ἐκ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου μέδοντος πέπομφε, καὶ τοὺς τῆς μονῆς σιτώνας ἐπλήρωσεν· ὡς μετὰ πολλῆς τῆς ἐκστάσεως τῷ θάμβει κατα-

Quod si etiam Josephi in Aegypto frumentationem quaeris²⁷, procede modo, majora praesens visurus quae interrogasti. Nam quia, juxta quod ait magnus Apostolus, postquam athleticae palaestrae bene certamen certasset, commune tandem naturae debitum persoluturus, morbo detentus, humili jacebat lecto, filiis jam circum turmatim adstantibus, mortisque exodia tristi luctu plangentibus: quaesivisse ferunt virum beatum, num aliquo necessariorum careret, maestam puto ea ratione eorum oppignerans animam. Illi autem nova ac insolita Patris percontatione turbati, eam, quae nuper acciderat, exposuerunt necessariae annonae penuriam.

Tunc vir magnus altum pectore suspirium ducens, ac velut afflatus Numine: *Equidem, inquit, adeo, atque ad meos putres commigro. Hoc enim in praesentiarum mihi repositum scio: vobis autem, is qui olim manna Israeli in deserto, ac aquam de petra abunde suppeditavit, ipse vobis, triduo a mea disjunctione, largum annonae praebebit comineatum.* Ubi autem dari signum fratribus ligni pulsatione, humili vocis insinuatione jussisset, sacrum jam monachorum caetum in unum congregatum videns, communi eorum consilio eum eligit, qui in monasterii praefectura successurus esset. Is porro admirabilis ille Clemens fuit; vir plane pro nominis ratione instar fructiferi palmitis, virentes semper virtutum botros ferens; ac tum oeconomi officio defungens.

Ille autem plusculum morbo attritus, totus, ante etiam migrationem, mentis ab humanis translatione excedens ac extra factus, extendens pedes, atque in crucis modum manus componens, multa fiducia abducentibus sanctis angelis, deposito animam tradidit, anno vitae ipsius 75, a mundi autem creatione 6376, die 4, mensis imparis, 1 indict., qui est Februarius.

Porro ejus multis compunctum, plurimaque certaminum gloria inclutum tabernaculum, una cum beato Naucratis depositum est, ad dexteram partem in gloriosissimo ac sacro martyrum sacello, quod a dextris delubri Praecursoris situm est: quo item loco, sancti Patris nostri Theodori praeclarissimus ac venerabilissimus honorabilis locus constitutus est. Quid vero inde?

Ergone ubi migrasset oblitus est, quae prophetae praedixisset? aut secus atque oportebat, aut termino dilatiori, quam haberet promissio, curavit evenire? Haudquaquam. Post triduum enim gloriosae ejus migrationis, navim unam e maximis Christi amanti Basilii imperatoris, frumento plenam misit, monasteriique horrea implevit: ut multo stupore percussus beatus Clemens in haec verba pronun-

²⁷ Gen. xli, 53.

tiaverit : *Ecce, inquit, Patres, communis Pater noster, post triduum, juxta quod promiserat, suæ in nos affectionis debitum implevit, novum nobis suæ apud Deum fiduciæ argumentum præbens.*

Habes quæsitæ solutionem, Josephi in Ægypto observatam liquido annonæ provisionem : quanquam hic miraculum longe miraculo præstet. Cæterum ad prodigium aliud orationem converto. Cum enim vir inclytus Clemens diu satis monasterii præfectum egisset, atque ad Dominum quintadecima die mensis Julii migrasset, jamque Hilarion, congruè omnino nomini morum hilaritate habens, præfecturam gereret; sancti Patris nostri Nicolai discipulus Maurus appellatus, a multis annis, fluxus sanguinis morbo exsugebatur, vi tanta ægritudinis, ut restituendæ sanitatis medicos spes omnis defecisset. Huic tandem præfatus Pater Hilarion, ut in cella, in qua olim Christi famulus Nicolaus inclusus fuisset, decumbens, corporis disjunctionem sustineret, permisit. Dum ergo impensius gaudens in ea demoratur, apparens illi vir sanctus in somnis, in hæc verba compellat : *Humilis Antoni, quis te morbus moleste habet? Ut autem, inquit, morbum explicavi, ejusque vim remediis majorem detexi : Ne, inquit vir magnus, ultra timueris : quippe amodo, nihil morbo hoc molestiæ creante, sanus eris. Tumque ad me ipse rediens, non jam in somnis, sed ipsis coram oculis, ejus e cella exeuntis posteriora aspexi. Quapropter, sanguis quidem fluxio actutum compressa est : multaue odoris fragantia circumquaque cellam pervagata, humile cor meum immenso gaudio replevit. Jam tum anni quadraginta fluxerant, isque nihil molestiæ ab eo patiens morbo, Dei gratia vivebat.*

σασα, τὴν ταπεινὴν μου καρδίαν χαρᾶς ἀφάτου ἐπλήρωσεν. Ἐκτοτε οὖν τεσσαρακοστὸν ἔτος ἦν (38), καὶ προσδιαμέδων ἀπαρενόχλητος ἐγεγόνει

Et hæc hæc hac tenus dicta sint : plurima enim silentio omittenda sunt, quo brevitatis regulam servemus; cum et alioqui oratio debilior sit, quam ut miraculorum vim valeat enarrare; hac parte auris ad fidem durioris utilitati prospiciens.

Nos quidem, beate vir, ad ea quæ longi temporis lapsu, silentii profundo obruta remanserant, pro eo desiderio, quo humilis noster animus in te habet, viliosum atque contritum calamus extendentes, tanquam ex rerum abs te præclare gestarum

FRANC. COMBESII NOTÆ.

(38) Indicat auctor se fere supparem Nicolao, sub cujus exsuccessore miraculum, istud contigerit, a quo deinceps ad hanc descriptionem fluxissent anni 40. Consentiant reliqua, tum quæ de Creta necdum imperio Rom. restituta in superioribus dixit, tum quæ tandem in calce perorat, tristem illi temporis Ecclesiæ statum, ab hostium infestatione perstringens, quando ædes sacræ ab illis cremabantur, terra Christianorum sanguine mædebat, qua Saracenis, qua Bulgaris imperium Orientalis populantibus : qua de re nonnulla Baronius

ἐπιθέοντα Κλήμεντα τὴν μακάριον ἀποφθέγγασθαι. Ἴδόν γάρ, φησὶ, Πατέρας, ὁ κοινὸς ἡμῶν Πατήρ μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, ὡς ἐπηγγείλατο, τῆς πρὸς ἡμῶς διαθέσεως τὸ ὄφελλημα ἐκπεπλήρωκε, κοινὸν τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παρρησίας ἡμῖν τὸ θαῦμα ταμειουσάμενος.

Ἔχεις τοῦ ζητουμένου τὴν λύσιν, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Ἰωσήφ σιτοδείαν εὐμαρῶς διασώζουσαν, εἰ καὶ δεῦρο πλεονεχτεῖ τὸ θαῦμα τοῦ θαύματος. Ἐπ' ἄλλο δὲ τέρας τῷ λόγῳ τετράφομαι. Κλήμεντος γάρ τοῦ ἀοιδίμου ἐφ' ἱκανοὺς τοὺς χρόνους τὴν μονὴν κυβερνήσαντος, καὶ πρὸς Κύριον τῆ ἑπτακαίδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἐκδημήσαντος, καὶ Ἰλαρίωνος τοῦ κατὰ πάντα τῆ τῶν ἡθῶν ἰλαρότητι οἰκείως ἔχοντος τῷ ὀνόματι, τὴν ἡγεμονίαν ἄρτι κρατύνοντος ὁ τοῦ ὀσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου μαθητῆς Ἀντώνιος τοῦνομα, ὁ τῷ συμβεδηκότι παρωνύμῳ τῆ προσηγορίας Μαῦρος παρά τισιν ἐπονομαζόμενος, ἐν πολλοῖς ἔτεσι τῆ τῆς αἱμορροίας νόσῳ ἐκπιεζόμενος, τῆ φορᾶ τοῦ νοσήματος τὴν παρὰ τῶν ἰατρῶν ἀπόγνωσιν κομισάμενος, ἐπετράπη λοιπὸν ὑπὸ τοῦ προρόρηθέντος Πατρὸς Ἰλαρίωνος, πρὸς τῆ κέλλη ἐν ἧ πρώτῃν ὁ τοῦ Χριστοῦ θεράπων καθείρχτο Νικόλαος, ἐπανακλιθέντα τὴν τοῦ σώματος ὑποῖσαι διάζευξιν ἐν ἧ μετὰ πολλῆς τῆς χαρᾶς τὴν οἴκησιν ποιησαμένου, φαίνεται κατ' ὕπνου ὁ ἅγιος οὕτως ὡς αὐτῷ προσφθεγγόμενος. Ταπεινὲ Ἀντώνιε, τί τὸ παρενοχλοῦν σοι ἀρρώστημι;— Ὡς δὲ τὸ πάθος ἀπήγγειλα, φησὶ, καὶ τούτου τὸ ἀνίατον οὐκ ἀπέκρινθα. Μηκέτι φοβοῦ, φησὶν ὁ μέγας ἔση γάρ ὄντης ἀπὸ τῆς δεῦρο, τῷ τοιοῦτῳ νοσήματι μὴ παρενοχλούμενος. Καὶ εἰς ἑαυτὸν γεγονώς, οὐκέτι κατ' ὕπνου, ὀφθαλμοφανῶς δὲ τούτου τεθεῖσθαι τὰ ὀπίσθιν τῆς κέλλης ὑπεξερχομένου. Ὅθεν ἡ μὲν ῥύσις εὐθύς τοῦ αἵματος ἀνεστέλλετο ἑσθία δὲ πολλὴ τὴν κέλλαν περιστοιχή-

Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Παραλειπτέον γάρ τὰ πολλὰ τῷ τῆς βραχυλογίας νόμῳ ὑπέλκοντας ἔπει καὶ ὁ λόγος, δι' ἀσθενείας, τῶν θαυμάτων τὸ θένος ἀδρανεὶ διηγῆσασθαι, τῆς ἀπιστομένης ἀκοῆς ἐν ταυτῷ τὸ χρήσιμον κατεγγυῆζόμενος.

Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ μακάριε, τὰ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ, τῆς σιωπῆς τῷ βυθῷ καλυπτόμενα, πόθῳ πολλῷ τῆς ταπεινῆς ἡμῶν διανοίας τὸν ἐμπαθῆ καὶ συντετριμμένον κάλαμον παρεκτείναντες, ὡς ἐκ πελάγους τῶν σῶν κατορθωμάτων, μικρὸν

sub Constantantino VIII ex Curopal. auctorque Vitæ S. Lucæ junioris quiescentis in Hellade, qui et ipse θαυματουργὸς appellatus, ac notissimæ sanctitatis, eo claruit tempore. Sunt certe ea Acta valde illustria, nec ecclesiasticæ historiæ eorum temporum inutilia; tametsi Baronius ipsum quoque nomen viri tanti, ac Lucæ junioris ignoret. Sunt illa proluxiora, quam ut commodum videatur integra exscribere et dare. (*Excerpta dedit Combefisius quæ locum suum apud nos obtinebunt.*)

τι μνήμης ἐμπόρευμα, ἢ καὶ ὀψόνιον εὐτελές, τοῦ-
τόν σου τῆ πανευχλεεῖ καὶ ἀγία μνήμη ἀναγαγόντες
τὸν λόγον, ἀνεθέμεθα. Αὐτὸς δὲ ἀνωθεν ἡμᾶς ἐπ-
οπτεύεις Πλωσ, καὶ τὸν παρεπόμενον τῆς σαρκὸς
ἡμῶν πόλεμον κατευμαρρίζοις ἐκάστοτε, καὶ διεξ-
άγοις αἰσίως τῆς ταλαιπώρου ζωῆς ἡμῶν τὴν οὐθέ-
νεια, ὅτι πολλὰ τὰ παρ' ἐλπίδα ταύτης συμπτώ-
ματα, καὶ κυβερνήσαις πόρρω τῆς πονηρῆς τῶν
παθῶν καταιγίδος, τὴν τοῦ νοδὸς εἰρεσίαν διεξαγόμε-
νος, καὶ βραβεύσαις εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας τῶ
συστήματι: ὄρξ γὰρ ὄσην, καὶ ὡς καλύπτουσιν
ἀμεταστρεπτεῖ τῆς ἡμέρας τὴν ὄργην ἐπιδείκνυται·
καὶ καταβάλοις ἔθνων ἀτιθάσων θρασεῖαν ὄρμην
καὶ ἀλλόκοτον φρόνημα. Ἴδε γὰρ οἷα νῦν τὰ τολ-
μώμενα. Ἐκκλησίαι κατεμπιπρῶνται, καὶ γῆ Χρι-
στιανῶν τοῖς αἵμασι ἐπένδεται· καὶ πείσαις ταῖς
προσβείαις, ἢ πρὸς τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς πίστεως
ἐπανελθεῖν τῆς δόξης εὐγένειαν, ἢ παμπληθεῖ κρο-
ταρρίζεσθαι, ὡς ἔθνη πόλεμον θέλοντα. Καὶ μὴν καὶ
παράσχοις ἀγαθαῖς ἐλπίσαι ταῖς πρὸς τὸ θεῖον ἡμᾶς
πρακτικῶς ἐναδρύνεσθαι, δοξάζοντας Πατέρα, Υἱόν,
καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἀμερῆ οὐσίαν τε καὶ θεότητα,
νῦν καὶ δεῖ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.
Ἄμήν.

Δ pelago, exiguum hoc memoriae fomentum, seu
etiam vile obsonium, sermonem hunc inclytæ ac
sanctæ memoriæ tuæ offerentes, dedicavimus. Tu
vero nos propitius e cœlis intuere, quodque jugiter
comes adest carnis bellum, quotidie alleves, miseræ-
que vitæ nostræ exiguitatem prospere dirigas,
quam multi casus inexpectato excipiant, ac pro-
cul a sæva perturbationum procella, animi navim
gubernes ac regas, pacemque Ecclesiæ cœtui a Deo
obtineas. Vides enim quantam quamque immobi-
liter diem obtegentem, iram exhibeat: destruasque
gentium indomitaram audacem impetum, ac animi
insolentis superbiam. Vide enim qualia nunc præ-
sumantur. Ecclesiæ incenduntur, ac terra Chri-
stianorum madet sanguine: suadeasque tuis inter-
cessionibus, ut vel fide recta ad antiquam revertantur
gloriæ ingenuitatem, vel penitus collidantur, tan-
quam gentes quæ bella volunt. Ita, quaeso, præ-
stesque, ut bona in Deum spe moribus rite compo-
sitis gloriemur, gloriam submittentem Patri, Filio,
ac Spiritui sancto, individue uni substantiæ ac
deitati, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.
Amen.

ANNO DOMINI DCCCXCIII

S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS

NOTITIA

(Ex Abt. Monasterii Bibliotheca Sicula, Panormi 1708, tom. I, p. 384.)

Josephus hymnographus, ita ab hymnorum multitudine, quos decantavit, appellatus, lucis usuram Syracusis accepit, natus ex Plotino et Agatha parentibus virtute claris. Ab infantia morum maturitate, virtute ac pietate, futuræ sanctimoniam specimen dedit. Sacris addictus litteris mirum in modum profecit, et non obscura cœlestis sapientiæ ac divinæ eloquentiæ splendorum edidit, quos præclariorum virtutum incrementis effecit, sed florente adhuc ætate cum Agareni Syracusas occupassent, ut Barbarorum furorem declinaret, in Peloponesum decessit, ubi, relictis genitoribus, ut Deo liberius vacaret, Thessalonicam petiit, ibique monasticum D. Basilii institutum amplexus est in cœnobio Latoeni dicto. Eo animi fervore regularem disciplinam aggressus est, ut breviter perfectionis exemplum sese omnibus exhibuerit; humilitatis enim, obedientiæ, solitudinis ac silentii studio incubuit: austeritate, contemplatione, charitate, aliisque virtutibus ornatus ita refulsit, ut omnibus admirationi esset. Ex assidua sacrarum litterarum sanctorumque Patrum lectione, virtutum fomenta eliciebat, cœlitesque primarios nedum imitari conabatur, verum etiam et hymnis aliisque ingenii monumentis extollere curabat. Hinc in sui amorem ac venerationem omnes trahebat; dulcius autem cum sacrarum litterarum arcana magna suavitate expendere. Sæpius cœlesti sapientiæ imbutus concionabatur, et ad virtutes amplectendas auditorum animos excitabat: profuebat enim ex ore egregii viri mellitæ eloquentiæ flumen, quo omnium corda dulciter alliciebat. Ob egregiam vitæ sanctimoniam dignus existimatus qui sacerdotio initiaretur, licet humilitatis vires obsisterent, precibus et obedientiæ cessit; ideoque hac dignitate insignitus ferventius virtutum studio incubuit. Duriores pœnitentiæ leges amplexus est, orationem protrahere diutius curavit, et ad sanctimoniam fastigium omnibus animi nervis properare contendit. Cum autem Thessalonicam pervenisset, S. Gregorius Decapolita, qui sanctitatis ac miraculorum gloria florebat, Josephi sanctimoniam numeris omnibus absolutam, demiratus, cum illo arctissimam familiaritatem contraxit; adeo ut ab eo distrahi

haud pateretur : hinc discedere coactus ad gravissimas res Constantinopoli pertractandas, cœnobii moderatorem enixe rogavit, ut Josephum itineris socium adjungeret, et tandem obtinuit.

Constantinopolim appulsus Josephus, Gregorium continuo intuens, omnem vitæ suæ rationem in se fideliter transferre curabat, ac vitam potius angelicam quam humanam traducebat. Cum autem Leo (non Isauricus, ut habet Vita S. Josephi apud Octavium Caetanum, tom. II *Sanctor. Siculor.* p. 46, sed Armenus, ut juxta temporis epochas recte advertunt Godefridus Henschenius et Daniel Papebrochius in *Actis SS.* 3 Aprilis, in comment. prævio ad Vitam S. Josephi, § 1, p. 266, et in annotat. p. 273) immanissimus Constantinopolitanus imperator, vesana rabie in sacras imagines earumque cultores sæviret, S. Gregorius, imperatoris furori se opponens, publice catholicam fidem propugnavit : hinc nonnulli viri religiosi ad Gregorium, tanquam ad fidei athletam confugientes, sæpius institerunt, ut Romam ad summum Pontificem S. Josephum mitteret, cui Ecclesiæ calamitates ac flideliū pericula exponeret, ideoque noster Josephus Gregorii jussu Romam velificavit : at in itinere a piratis aggressus, captivus in Cretam insulam adductus est, ubi in vincula conjectus, obscuro carceri mancipatur. Sed inter catenas gestiens, sociorum languores mellita eloquentiæ vi emolliebat, ac in fidei constantia confirmabat. Episcopum animi infirmitate laborantem, qui ut se a laboribus eriperet ad imaginum contemptum jam propendebat, ita roboravit, ut pro Christi fide ac imaginum cultu sanguinem profundere paratum reddiderit. Innumeros e diaboli laqueis solvit, ac in fide fluctuantes firmavit, quorum nonnulli martyrii palmam assecuti sunt. Dum autem ita fructuose vitam, etsi catenis vinctus, traducebat, in natalitii Dominici nocte, spiritualibus canticis producta usque ad galli cantum, D. Nicolaus Myrensis sese spectabilem fecit, ac Josepho nuntiavit, iconomachum imperatorem jam defunctum ; se autem Constantinopolim regredi opus esse, ut cœlesti sapientia Christi fideles confirmaret : inde libelli folium in os ejus immisit, in quo hæc legebantur verba : « Accelera tanquam misericors, et festina tanquam miserator in adiutorium nostrum, potes enim si vis. » Hæc cum suavissime decantasset, se cœlesti dulcedine perfusum sensit, ac compedibus solutum, et per aerem raptum ; statim a D. Nicolao Constantinopolim translatus est. Cum ibi Gregorium jam defunctum deplorasset, in ecclesiam S. Joannis Chrysostomi secessit, ubi populos ad ecclesiam confluentes cœlesti sapientia erudit, et ad omnium commodum cœnobium extruxit, quod statim numerosus religiosorum cœtus explevit. Accepta autem ex dono S. Bartholomæi reliquia, ad ejus cultum ecclesiam excitavit, ibique pluries S. apostolus spectabilem Josepho dormienti se exhibuit, eique abdita nonnulla mysteria, ac difficillima sacrarum litterarum loca explanavit ; cœlestibus benedictionibus et charismatibus cumulavit, ut terrarum orbem cantionum suavitate demulceret, Josephum superna benedictione beavit, et in ejus linguam supernæ sapientiæ latices largiter influit. Ex tunc carmina panxit uberrime eo nectare referta, leporibusque concinnata, ut auditorum ac legentium animos mira dulcedine perfundant, et quocumque velint facillime flectant : adeo ut ex iisdem cœlicolarum cantorum melos effluere ad animarum solatium putet. Hinc merito ejus hymni ab Ecclesia Græca in sacris divinæ psalmodiæ locis translati, ad cœlitum laudem decantantur. Multos in hæresim lapsos ad catholicam fidem revocavit, multosque a sæculi illecebris ereptos, monasticæ vitæ addixit.

At dum in his sedulus insudabat, inclyti viri labores exturbavit Theophilus imperator (non Constantinus Copronymus, ut ex citata Henschenii et Papebrochii correctione) qui et ipse sacris imaginibus infensus, Josephum evangelica libertate concionantem, in exilium ejicit, in quo forti animo exilii æcumnas perpressus est, usquedum a Michaele imperatore Constantinopolim revocatur. Inde spreis dignitatibus ultro sibi oblatis, ecclesiasticæ suppellectilis custodiam accepit, ut Iguatio Patriarchæ obtemperaret : hic enim Josephi sanctimoniam doctrinamque perpendens, in pertractandis Ecclesiæ negotiis ipsum adhibere cupiebat, quod ex collato munere obtinuit : ideoque in rebus difficillimis sæpius Josephum consulcbat, et ab ejus ore dulciter pendebat. Acceptissimus etiam Photio successori fuit, qui Josephum ea prosequebatur æstimatione, ut ipsum appellaret Patrem Patrum, et hominem Dei : tanquam angelum venerabatur, cui et Ecclesiæ negotia demandabat, omnesque Ecclesiæ primates hortabatur, ut eundem veluti sanctissimum Patrem recolerent, et ipsi mentis arcana detegerent ; quod libentius perpetrabant : prophetica enim luce perfusum experti sunt, quo cordium penetralia rimabat : Josephus autem omnes ad rectam Domini viam dirigebat. Tandem undique celeberrimus virtutibus, ac sanctimonia clarissimus, ab angelo commonitus est, sibi instare mortis diem ; ideoque omnibus rejectis curis, ad ipsam ferventius se paravit, ac tandem ad cœlum evolavit, in quo Deipara cœlitesque omnes, quorum elogia decantaverat, summo honore exceperunt, 3 Aprilis anno 883.

Si plura tanti viri cupis, consule ejus Vitam a Joanne Diacono scriptam, apud Octavium Caetanum, in *Vitis SS. Siculorum*, tom. II, p. 43, ab eo primum sub anonymi scriptoris nomine editam, ex ms. codice Græco monasterii S. Salvatoris Messanæ, ab Augustino Florito soc. jesu Latinitate donatam ; exinde sub Joannis Diaconi nomine eandem in lucem emicere Henschenius et Papebrochius, in *Actis SS.* 3 Aprilis, p. 269 ; (hietiam Vitam s. Josephi ex Synaxariis mss. edidit p. 266 ;) eandem etiam ex perantiquo codice Bibliothecæ Vaticanæ in Latinum translatam a Ludovico Marraccio e congregatione Cleric. regul. Matris Dei, edidit Hippolytus Marraccius frater, ejusdem Congregationis sacerdos in *Mariali* ipsius S. Josephi, qui et ea quæ in Græcorum Menæis ac Menologiis de Josepho habentur, lectoribus exhibuit. De eodem etiam Josephus Perdicarus, in *Vitis SS. Siculorum*, p. 282 ; Hieronymus Baseape *Ephemerid. Sacr.* 3 Aprilis

lis a pag. 31; Simon Wagnereckius in *Prolegomenis ad Pietatem Marianam Græcorum*, n. 22; qui duos distinguit Josephos hymnographos, quorum unus, S. Theodori Studitæ frater, episcopus Thessalonicensis, alter noster Sicular; et huic ascribendos putat canones qui in Græcorum Menæis nudum Josephi nomen præferunt; ejusque sententiæ adhærent Henschenius et Papebrochius, in *comin. prævio ad Vitam* § 2, n. 10 et 11. Vide etiam Jacobum Goar in *Glossario ad Rituale Græcorum*, Marraccium citatum in *Biblioth. Mariana*, part. 1. p. 822, Joannem Nadasî in *Anno cælesti* 3 aprilis; Leonem Allatium *De libris ecclesiasticis Græcorum* diss. 1; Franciscum carreram in *Panth. Siculo* p. 75., Rocchum Pirrum in *notit. Eccles. Syracusanæ*, p. 139; Thomam Strotium in *Controversia Concepti*. part. 1, lib. II, cap. 19, p. 163, et cap. 20. p. 165; Michaellem Angelum Mancharusum in *Kalendario Syracusano*; Caetanum citatum in *Isagog. ad hist. Sicul.* c. 36, n. 24, 25, aliosque.

Scrpsit Josephus :

Hymnos innumeros, ex quibus *Hymnographi* nomen accepit. In ecclesiasticis Græcorum libris CCCV hymnos (quos etiam canones vocant) per dies dispositos, ac per anni ambitum ab Ecclesia Græca decantari solitos contineri testatur Caetanus cit. in *animad. Tom. II SS. Sicular.* p. 18, n. 20, et Perdicarus loc. cit. p. 294, nempe :

Canones XCVI in Paracletico. Liber est Græcorum, qui quotidie aliquod recitandum in choro exhibet ad aliorum librorum differentiam, quibus statutis temporibus utuntur, ex Leone Allatio *De libris Græcorum*, dissert. 1, p. 68.

Canones' XXXV in Triodio. Liber hic recitanda in choro a Septuagesima usque ad Sabbatum Majoris Hebdomadæ complectitur, ex Allatio cit. dissert. 1, p. 69; et Marraccius in *Mariali XXXVI* a p. 301 ad 322, ex eodem libro exhibet.

mum numerum Theotociorum, id est stropharum de Beata, in fine cujusque odæ canendarum, ex omnibus quos a Josepho compositos credidit canonicis, per totius anni officium sparsis.

28. Verum rursus extorris atque exsul esse com-
pellitur; caudam sua commovente Satana fraudulento, et pessimum illius temporis imperatorem (11) excitante. Non enim potest is quiescere, qui tanquam triticum pios fideles cribrare expetit, sed animas ad sese proclives penitus commovet et exagitat. Quamobrem iterum bellum adversus Ecclesiam inconcussam suscitatur, et sacræ Christi sanctorumque illius imagines exploduntur, quas cum magnanimus noster tota lingua populum honorare doceret et catholicæ orthodoxæque fidei dogmata, non in privato, aut in domo, sed in plateis cum libertate prædicaret, exturbatur atque ejicitur e civitate in exsilium, ubi magnis in angustiis versabatur, majores tamen angustias atque afflictiones ipse proprio sensu sponteque subibat. Non multo autem post, cessante malo, ac tempestate quiescente, concessis a Deo imperii fascibus imperatoribus orthodoxis (12), iterum accersitur secundum Deum. Ille vero non obtemperavit; etenim in exsilio paradisi dulcedinem degustabat propter Christum.

29. Sed quoniam hi vehementer instabant, ac veluti admoto exercitu urgebant, ille vero repugnare non valebat, præsertim quia magno cives amore prosequeretur, frequentibus imperantium precibus obediit, atque exsiliis tandem derelicto loco, in Byzantium urbem profectus est. Et nihilominus cum aliorum honorum gaudio frui recusaret, vix illum persuaserunt, ut ecclesiasticorum negotiorum curam capesseret, sacriamque Ecclesiæ suppellectilem in suam fidem susciperet. Et forsitan principibus non obtemperasset, nec propterea ministerium illud suscepisset, sed divino Ignatio (13), qui plurima virtute ornatus, et ferventissimum pro Christo zelum gerens, nuper patriarchatus gubernacula sibi credita susceperat, non obtemperare non potuit. Illic, excellentissimam Josephi nostri virtutem admiratus, eundem in laborum suorum partem, et in rebus necessariis adiutorem assumere studebat: et cum ministerii jam prædicti prætextum invenisset, id quod cupiebat facile obtinuit. Frequentes igitur cum eo sermones et colloquia miscibat, et ea quæ ignorabat, ab eodem addiscebat. Nihil porro novi erat, si qua ineffabilium divinæ Scripturæ mysteriorum viro illi essent ignota. Magno autem huic Patri, et propter multum studium, et propter eminentem puritatem et cogitata erant, et eadem plurima cum dulcedine ac suavitate explicabat: id quod donum est, ex iis, quæ a magno Apostolo commendantur, et nullius alterius doni indigere videtur.

30. Postquam autem magnus hic antistes senectute laboribusque innumeris confectus emigravit ad Deum, successit in ejus locum et patriarchalem dignitatem Photius, qui in publicis consiliis in sententia ferenda, et propter sermonis copiam,

(11) Theophilum scilicet, ut in Prolegom. dictum.

(12) Sunt hi Theodora et filius ejus Michael. Mendum autem in Menologio Basilii imper. est, quod non nisi Theophilo mortuo, Josephus scribatur ex carcere ereptus D. Nicolai ope, iterumque ejectus in

κη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάλιν ὑπερόριος γίνεται, τὸ οὐραῖον περιεῖλαντος τοῦ πτεροσκόπου Σατάν, καὶ τὸν τότε πονηρὸν βασιλέα κινήσαντος. Οὐκ ἦν γὰρ ἡρεμεῖν, τὸν ὡς αἶτον σινιάσαι ζητοῦντα τοὺς εὐσεβεῖς, ἀλλὰ παντοίως κινεῖ τὰς πρὸς αὐτὸν βεπούσας ψυχάς. Ὅθεν καὶ πάλιν πόλεμος κατὰ τῆς ἀτινάκτου πανταχόθεν Ἐκκλησίας ἀναρρίπιζεται, καὶ τὰ ἱερὰ μορφώματα Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων πάλιν διώκονται, ἃ τιμᾶσθαι ὀλη γλώσση τὸ πλήθος ἀναδιδάσκων ὁ γενναιότατος, καὶ ἀνακηρύττων τῆς ὀρθοδοξίας τὰ δόγματα, οὐκ ἐν οἰκίᾳ οὐδ' ἐπὶ δώματος, ἀλλ' ἐν πλατείαις καὶ παρῶσιν, ἐξωθεῖται τῆς πόλεως, καὶ ἦν ἐν ὑπερορίᾳ στενοχωρούμενος, μᾶλλον δ' ἐαυτὸν οἰκειογνωμόως στενοχωρῶν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ λήξαντος τοῦ καχοῦ, καὶ τοῦ χειμῶνος λωφθήσαντος, καὶ ὀρθοδόξοις δοθέντων τῶν σκήπτρων βασιλευσιν ἀπὸ Θεοῦ, μετακαλεῖται αὐτὸς κατὰ Θεόν. Ὁ δὲ οὐ κείθεται, τῇ ὑπερορίᾳ ὡς παραδείσῳ διὰ Χριστὸν ἡδυνόμενος.

etenim in exsilio paradisi dulcedinem degustabat

αθ'. Πλὴν ἐπεὶ ἐκεῖνοι μὲν ἐπέκειντο ἀντιβολοῦντες τὴν ἀνάξουξιν, ὁ δὲ ἀντιτείνειν οὐκ εἶχε, διὰ τὸ καὶ πρὸς τοῦς ἐν τῇ πόλει φιλόανθρωπον, εἶχε ταῖς τῶν κρατούντων πικραῖς παρακλήσεσι, καὶ τὴν ὑπερορίαν τῶς καταλιπὼν τῇ Βυζαντίδι ἐπιφοιτᾷ· καὶ μόλις μὲν, πείθουσι δ' ὁμως, ταῖς ἄλλαις χαίρειν εἰπόντα τιμαῖς, ἐκκλησιαστικῶν προστήναι πραγμάτων, καὶ τὴν φυλακὴν ἐμπιστευθῆναι τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἱερῶν κειμηλίων. Οὐκ ἐπειθέτο δὲ ἄρα τοῖς ἄρχουσι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν διακονίαν ἐδέχετο, ἀλλ' Ἰγνατίῳ τῷ θεῷ (πολύς δὲ ἄρ' οὗτος τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ζῆλον θερμότατος), ἄρτι τῆς ἀρχιερωσύνης ἐμπιστευθέντι τοὺς ὀλακας· ὅς τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς τοῦδε τοῦ ἱεροῦ δυσωπούμενος, ἐσπευθεν ἔχειν συγκοινωνῶν τῶν πόνων, κἂν τοῖς ἀναγκαίοις συλλήπτορα· καὶ πρόφασιν τὴν διακονίαν εὐράμενος, τοῦ ποθομένου ἐτύχανε. Καὶ ἦν ἐκεῖνος συνομιλῶν θαυμά, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ ἀγνωόμενα διδασκόμενος. Καινὸν δὲ πάντως οὐδὲν εἶ τινα τῶν ἀπορρήτων τῆς Γραφῆς μυστηρίων ἐκεῖνος μὲν ἠγνοεῖτο, τῷ δὲ μεγάλῳ τῷδε Πατρὶ, διὰ τε τὸ πολὺ τῆς σπουδῆς καὶ τὸ περιὸν τῆς καθάρσεως, καὶ ἐγινώσχετο καὶ διηρθροῦτο μετὰ πολλῆς μελιχρότητος, ὃ χάρισμα τῶν παρὰ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ὑμνουμένων ἐστίν, ἄλλου μὴ προσδεόμενον θεοῦ χάρισματος.

λ'. Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς οὗτος γῆρας ἐταλαιπωρεῖτο, καὶ καμάτῳ πολυειδεῖ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησε, διαδέχεται τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον ὁ Φώτιος, ὅς τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐτύχανε τὸ πρωτεῖον ἐπιφερόμενος, διὰ τε τὸ πολὺ τοῦ λόγου

exsiliium.

(13) S. Ignatius, qui colitur 23 octob., Methodio successit, quarto post orthodoxiam restitutam anno; pulsus et iterum restitutus, usque ad an. 879 sedem tenuit patriarchalem.

καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς γνώσεως, καὶ ἅμα διὰ τὸ δεινὸν τοῦ νοῦς, καὶ πρὸς τὸ συνθεῖναι καὶ σκευάσαι πράγματα ἐπιτήδειον, ἐξ οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἱερωσύνης ἀπεκληρώσατο, ἵνα μὴ λέγω πάντα τὰ τοῦ ἀνδρός, καὶ πού καὶ πρὸς διαβολὰς χωρήσω τοῦδε, ἀπὸ τοῦ πράγματος εἰς τοῦτο παρακινούμενος. Πλὴν ὅτι καὶ οὗτος τῷ μεγάλῳ τούτῳ Πατρὶ Ἰωσήφ τὴν ἴσιν ἐτήρει τιμὴν, καὶ τῷ μέτῳ τῆς καρδίας ὑπέκρυπτε, Θεοῦ ἀνθρώπων ὀνομάζων, καὶ ἰσαγγέλω κατὰ τὸ θεμιτὸν προσέχων αὐτῷ. Ἐνθεν τοι καὶ ὄκνην τὴν φροντίδα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων αὐτῷ ἀναθέμενος, Πατέρα Πατέρων ἐκάλει, καὶ τοὺς τῶν πρώτων βαθμῶν ἀξιουμένους τῆς Ἐκκλησίας παρεκάλει τούτῳ ἀνατιθέναι τοὺς λογισμούς· ὃ δὲ καὶ πᾶς ἐτέλει καὶ πρὸ τῆς πατριαρχικῆς παρακλήσεως. Ἦν γάρ, κατὰ τὰ Ἄσματα τῶν ἁσμάτων, κομιδῆ εὐφύης, ἀλώπεκας ἀμαρτημάτων κατέχειν σμικρὰς, καὶ ἀποκτέννειν τῆς νοουμένης γῆς τοὺς ἀμαρτωλοὺς, ὃ φησὶν ὁ θεὸς Δαβὶδ, ναὶ δῆτα καὶ ψυχὴν ἐπιστηρίξαι καὶ βεβαιώσασθαι, καὶ τὸν εἰς σαρκικὰς ὀρέξεις δίκην σφαίρας κατὰ πρηνοῦς κυλιόμενον ἀναστῆσαι τῆς ἀμαρτίας καὶ ποιῆσαι μετάρσιον· ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπερικτυπῆται συζῶντα σχολῆ, καὶ ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος θεωρίαις περιλαμπόμενον, ἔτι πείσαι, μὴ χαλάσαι τὸ θεῖον πτερὸν, μηδὲ μετεωρισθῆναι, διὰ τὰς ἐν θεωρίαις παγίδας (δι' ὧν ὁ πτερνοσκόπος οὐρανὸς πάθει τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ τῆς ἀπωλείας κατήγαγεν βάραθρον), γαλήνην μὲν διδάσκων ὅπως συνίσταται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅπως τὰ φυσικῶς ἐγκατεσπαρμένα τῆς γνώσεως σπέρματα, πανταίως ἐν ἡμῖν κατὰ κράσιν καὶ ιδιότητα μεταποιούνται τε καὶ ἐπαύξονται, πρὸς ὅπερ ἕκαστος πέφυκε.

sed ibi gradum sistat, et conquiescat, et ut ea semina scientiæ et cognitionis, quæ naturaliter seminata sunt, omnino in nobis, juxta temperaturam illam ac proprietatem commutentur et crescant, ad quam unusquisque naturaliter propensus est.

λα'. Καὶ τί μὴ λέγω τὰ μείζω καὶ τελεώτερα; Ἐώρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ γενναῖος, καὶ ἀπὸ μόνῃς τῆς ὕψεως ὁποιῶ πάθει ἕκαστος ἐδεσμεῖτο, μυστηριωδῶς προδιέγραφεν, ὁμοῦ μὲν ὑπεκκλίνων τὴν δόξαν, ἵνα μὴ τις τυχὸν ὑπολειφθεῖ παρὰ τοὺς πολλοὺς, ὃ τοῖς πᾶσιν ἄγγελος νομιζόμενος, καὶ ἵνα μὴ ἐντρέψῃ τὸν ἀμαρτάνοντα, καὶ διὰ τοῦτο ποιήσῃ πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἐπιβρεπέστερον· φιλεῖ γὰρ τὸ τέως κρυπτόμενον, καὶ ὡς αἰσχύνῃς ἔργον νομίζεσθαι· τὸ δὲ πρὸς πολλὰς ἀκοὰς ἐμπροσθεν εὐκαταφρόνητον τῷ ποιῶντι λογίζεσθαι.

λβ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ εἶδει καὶ τοῦτον, ἀνθρώπων ὄντα καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως περιχέμενον, μᾶλλον δὲ ἐν ὀστρακίνῳ σκευεῖ τοῦ σώματος τὸν μέγαν τῆς ἀρετῆς περικρύπτοντα μάργαρον, ἀναλύσαι πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τῇ ἀληκτῷ μαρμαρυγῇ τῶν θείων θεωρημάτων ἀμέσως ἐνωραίζεσθαι· καὶ τῶν πολλῶν ἰδρώτων τὸν μισθὸν συγκομισσασθαι· νοσεῖ μὲν ὀλίγον, διὰ δὲ θείας ἀποκαλύψεως μυεῖται τὴν ἐκδημίαν, ἀγγέλου τούτῳ κατὰ τοὺς ὕπνους λαλήσαντος. Ὁ τῶν νηστειῶν τοίνυν παρωχῆκει καιρὸς, καὶ

et propter scientiæ excellentiam, et propter animi gravitatem primas obtinebat; et in concinnandis pertractandisque negotiis magnam habebat dexteritatem, unde et sacerdotis principatum sortitus est (ne loquar nunc de cæteris omnibus, quæ ad hunc virum spectant, et a proposito sermone ad calumnias divertam). Præterea hic etiam magno Patri Josepho æqualem honorem impendebat, et in medio cordis recondens eum hominem Dei appellabat, et tanquam angelo, quantum fas erat, eidem intendebat: omnem etiam ecclesiasticorum negotiorum curam ac sollicitudinem in eo reponens, Patrem Patrum vocitabat, et eos, qui in Ecclesia primos gradus habebant, hortabatur, ut in eo animi curas collocarent; quod sane etiam ante patriarchæ exhortationem omnes faciebant. Erat enim, secundum quod in Canticis canticorum scriptum est, admodum sedulus ac sollicitus in parvulis peccatorum vulpibus capiendis, et in spiritalis terræ peccatoribus, juxta Davidis dictum, interficiendis. Præterea animum assidue firmabat, ac stabilem reddebat, cumque in morem orbis seu spheræ ad carnales appetitus peccati tanquam in declive volveretur, retrahebat atque in sublime erigebat. Cumque quietissimo otio frueretur, et sanctæ Trinitatis visionibus illustraretur, nunquam remittebat, sed semper divinæ contemplationis alas intendebat; neque mente efferebatur, propter laqueos qui in visionibus reperiuntur, per quos versutus dæmon elationis vitio multos in ruinæ ac perditionis barathrum induxit, tranquillitatem præ se ferens ac docens, ne anima ulterius progrediatur,

31. Sed cur majora ac perfectiora præteream? Si quem generosus iste in oculis vultuque aspexisset, ex solo aspectu, quam passionem quisque detineretur, arcanis modis præsignabat, et simul gloriam declinabat, ne quis forte eum supra multos esse suspicaretur, qui ab omnibus angelus æstimabatur: et ne peccantem innutrit, ac soveret, atque ad peccandum faceret procliviores. Solet enim id quod adhuc occultum est, tanquam opus turpe censeretur: quod vero ad multorum aures pervenit, contemptibile ab eo qui peccat existimari.

32. Quoniam vero oportebat ipsum etiam, cum esset homo, et corpore humilitatis circumdatus esset, vel potius in vase fictili corporis magnam virtutis margaritam absconditam circumferret; oportebat, inquam, remeare ad Deum, et immensis divinarum contemplationum splendoribus immediate illustrari, multorumque sudorum mercedem reportare, cœpit aliquantulum ægrotare; per divinam autem revelationem sese hinc emigraturum intellexit, angelo id in somnis signifi-

⁶ Cant. II, 15.

cante. Cum igitur Quadragesimalis jejunii terminus adventasset, et salutiferæ Passionis magna, ac venerabilis Parasceve instaret, accepit libellum, in quo universæ gregis possessiones descriptæ erant; et assumens simul discipulum suum Theophanem, patriarchæ Photio utrumque commendavit, nihil ulterius verbis significans. Photius vero variis cogitationibus undequaque jactabatur, et quidnam hoc sibi vellet, animo revolvebat, quod non multo post intellecturus erat. Mortis enim præcedentia signa. (ardentissima scilicet febris) instar cuiuslibet vocis magni hujus fluem præmonstrabant.

33. Vehemens autem dolor erat illi gratiarum actionis occasio, ac dicebat: Benedico te, Deus, quia sub alis tuis intellectualibus custoditus sum; verum custodi me usque ad exitum spiritus mei, et concede mihi, ut sine errore ac deceptione aera tenebricosum, ac plantasmata, quæ in aere morantur, pertranseam, ne forte propter negligentias in vita mea admissas, gaudeat super me inimicus meus. Guberna etiam gregem tuum, o Verbum Dei, et dextera tua omnipotenti usque ad finem sæculi benedic filiis Ecclesiæ: stabili tranquillitatem Ecclesiis tuis largire: regale sacerdotium gratis tuis exorna: Belial sub pedibus diligentium te humilia: omnem hæresim tanquam mortiferam gangrænam ab Ecclesia expelle: et animæ meæ miserrimæ concede, ut sine ullo timore a corpore separetur. Novi, Domine, Spiritum tuum immaculatissimum non requievisse in me propter maculas impressas animæ meæ. Sed tu propter excellentissimam benignitatem tuam dissimula iniquitates meas, et in sortem primogenitorum, qui in cœlis ascripti sunt, connumera me. His dictis, benedixit illis qui aderant, et absentibus etiam fausta ac felicia apprecatus, immaculata sacramenta suscepit. Deinde paulatim manus extollens in cœlum, utpote omnium amatoris amicus, læta ac subridenti facie immaculatis Dei manibus purissimum spiritum commendavit.

34. Eodem tempore monachorum undequaque agmina congregata locum illum concursu suo coangustabant; et innumera multitudo commista ex illis, quorum ipse quoquo modo curam gesserat, convenit: quorum alius patrem desiebat, alius nutritium, alius vitæ suæ sedulum curatorem, alius vero in rebus asperis ac difficillimis adiutorem miserabiliter ejulans deplorabat. Omnes autem, omnibus omnia factum, juxta magnum Apostolum, ut omnia lucrifaceret, lacrymis comitabantur. Ita funus illi persolutum est, et id quod luce dignum erat, copiosis cum luminibus sub terra absconditum fuit; angelis sursum exsultantibus, et veluti cum concive ac consocio suo collætantibus: omnibus vero deorsum gementibus, eo quod erga universos humanissimus semper fuisset. At vero dæmones in divinæ illius animæ ascensu exhorrescebant, atque interim aereas regiones derelinquentes procul aufugiebant. Et quidam ex longo

Α· ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους μεγάλη καὶ σεβασμία ἐφεστῆκει Παρασκευῆ· ἐν ἣ τὸ γραμματεῖον, ἐφ' ἧ αἱ πᾶσαι τοῦ ποιμνίου ἀναγεγραμμέναι κτήσεις ὑπῆρχον ἀράμενος, καὶ σὺν τούτῳ καὶ τὸν μαθητὴν Θεοφάνην παραλαβὼν, φωτὶ τῷ ἀρχιερεὶ παρατίθεται, μηδὲν τι πλεόν ὁ γενναῖος προσημιγνάμενος. Ὁ δὲ παντοίως λογισμοῖς ἐπατάσαστο τὴν καρδίαν, καὶ τί ποτε τοῦτό ἐστι καθ' ἐαυτὸν ἐλογίζετο· οὐκ ἔμελλε δὲ πάντως ἐπὶ πολὺ ἀγνοεῖν· τὰ γὰρ τοῦ θανάτου προμηνυτήρια (κχῦτος δὲ ἦν ταυτὶ πυρετός) ἀντὶ πάσης φωνῆς τὸ παρά τοῦ μεγάλου τελεσθὲν προεμήνυε

λγ'. Καὶ ἦν ἐκείνῳ ἡ ἀλγυδὼν εὐχαριστίας ὑπόθεσις, καὶ, Εὐλογῶ σε, ἔλεγεν, ὁ Θεός, ὅτι σου ταῖς νοηταῖς διαπεφύλαγμαί πτέρυξιν, ἀλλὰ συντήρησόν με καὶ μέχρι τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς, καὶ ἀπλανῶς δὲ διαθῆναι τὸν ἀρχοντα τοῦ σκότους καὶ τὰ ἐν ἀέρι φαντάσματα, μὴ ποτε διὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ τελεσθείσας ἀπροσεξίας ἐπιχαρσῆν ἐπ' ἐμὲ ὁ ἐχθρὸς μου. Κυβέρνησον δὲ καὶ τὸ ποιμνίόν σου, Λόγε Θεοῦ, καὶ τῇ σῇ παντοκρατορικῇ δεξιᾷ διεπε· μέχρι τερμάτων αἰῶνος, τὰ τέχνα τῆς Ἐκκλησίας εὐλόγησον· γαλήνην σταθερὰν ταῖς Ἐκκλησίαις σου δώρησαι, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα ταῖς σαῖς κατακόσμησον χάρισι, ταπεινώσον τὸν Βελλίαρ ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἀγαπώντων σε, πῆσαν ἀρεσιν ὡς ψυχολεθρίαν γάγγραιναν τῆς Ἐκκλησίας ἀπέλασον, καὶ δὲ τῇ παναθλίῳ ψυχῇ μου ἀταράχως διαζευχθῆναι τοῦδε τοῦ σώματος. Οἶδα, Δέσποτα, ὡς τὸ πανάχραντόν σου πνεῦμα, οὐκ ἀναπέπαυται ἐν ἐμοὶ διὰ τὰς ἀπομορθηθείσας τῇ ψυχῇ μου κηλίδας· ἀλλὰ σὺ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σου χρηστότητα πάριδέ μου τὰς ἀνομίας, καὶ κλήρω τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν οὐρανῶς συναρίθμησον. Εἶπε ταῦτα καὶ τοὺς παρόντας εὐλογήσας, καὶ τοῖς ἀποῦσι τὰ ἐπιτήρια ἐπευξάμενος, εἶτα καὶ τῶν ἀχράντων μεταλαβὼν μυστηρίων, ἤρέμα τε τὰς χεῖρας ἄρας εἰς οὐρανόν. Καὶ οἶον πρὸς ἐραστὴν ἐλόμενος ἀπάντων, παιδρῶ καὶ ὑπομειδιῶντι προσώπῳ, χερσὶν ἀχράντοις Θεοῦ τὸ πανάχραντον πνεῦμα παρέθετο.

λδ'. Ὅτε καὶ πανταχόθεν τὰ σμήνη τῶν μοναχῶν κατὰ ταυτὸν ἀθροίζόμενα, κατεστενοχώρουν τὴν τόπον τῇ συνδρομῇ, καὶ τὰ μυριάμικτα πλήθη, ὧν ἐκεῖνος ἐπεμελεῖτο παντοίως, ὁ μὲν τὸν πατέρα ἐπολοφυρόμενος ἦν, ὁ δὲ τὸν τροφέα, ἄλλος τὸν τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐπιμελητὴν, ὁ δὲ τὸν ἐν δειγοῖς ἐπίκουρον στερονοτυπῶν ἐλεεινῶς ὠλοφύρετο, πάντες δὲ τὸν πάντα πᾶσι γινόμενον ἵνα τοὺς πάντας κερδίῃ, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Καὶ διετελεῖτο ἡ ἐκφορὰ, καὶ τὸ φωτὸς ἀξίον ὑπὲρ δαψιλεῖ τῷ φωτὶ ὑπὸ γῆν κατεκρύπτετο, ἀγγέλων ἀνωθεν προσκίρτωντων καὶ οἶον ἐπαγαλλομένων τῇ συμπολίτῃ, καὶ συνθιασώτῃ αὐτῶν, ἀνθρώπων κάτωθεν οἰμωζόντων διὰ τὸ ἐκεῖνου πρὸς πάντας φιλόανθρωπον, δαιμόνων φριττόντων τῇ ἀνόδῳ τῆς θείας ἐκεῖνου ψυχῆς, οἱ τῶς τὸν ἀέρα καταλιπόντες ἀπεδίδρασκον κόρρωθεν· καὶ τινες ἀπὸ μακρᾶς ὁδοπορίας ἄρτι πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην μεταφοιτῶντες, ὠλοφυρμῶ ἀερίου ἠσθάνοντο, τάχα τῶν πονηρῶν οἰμωζόντων, διὰ τὸ μὴ στέγειν τὴν ἀνοδὸν

ἄηρ ἅπας καθιγιάζετο καὶ γῆ τῆ καταθέσει τοῦ σώ-
ματος.

cum gemitu abeuntibus, eo quod illius ascensum
sanctificabatur, atque etiam terra corporis illius depositione.

λε'. Καὶ τις ἀνὴρ, συνήθης ὡς τὰ πολλὰ τῷ ἁγίῳ,
καὶ βίῳ λόγον κοσμῶν, καὶ τῷ λόγῳ τὸν βίον καθ-
ωραζῶν, ἐψέει κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐκδημίας τῆς μα-
καρίας ἐκείνης ψυχῆς (πρόβρω γὰρ ἦν), φωνῆς ἀκούειν
καλοῦσης αὐτόν· Ἔξίθι, καὶ βλέπε παράδοξα καὶ
θεῖα μυστήρια· ἀμέλει καὶ τῆς οικείας, ὡς ἐδόκει
ἐκείνῳ, ὑπὸ τῆς φωνῆς ἀφυπνισθέντι καὶ ἐξίοντι ὄρα-
σαι τι φόβον καὶ χαρὰν ἐμποιοῦν θέαμα. Ἐφαίνετο
γὰρ ὅλον τὸ κῦτος τοῦ οὐρανοῦ διασχίζόμενον σώμα-
τος, τὰ δὲ τάγματα τῶν ἀγίων ὁμιληδὸν τῆς μακαρίας
περιοχῆς ἐξερχόμενα, οὐ καθ' ἕνωσιν μίαν καὶ τὴν
αὐτήν, ἀλλὰ προηγείτο μὲν ἡ τῶν ἀποστόλων ἀκρό-
της μετὰ τῆς ὄλης αὐτῶν ὁμηγύρευς, μάρτυρες δὲ
μετὰ τούτους συνεφερόμενοι κατεφαίνοντο, καὶ καθ-
εξῆς οἱ προφήται, καὶ τῶν ἄλλων ὁσίως βεβιωκότων
τὰ στίφη, καὶ ὁ τῶν διαπρεψάντων ἐν ἀγιωσύνῃ καὶ
ἀρχιερωσύνῃ παναγιώτατος σύλλογος. Ἐώρα γοῦν τὸ
γινόμενον ὁ ῥηθεὶς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ ὅλος ἦν ἐκπλή-
ξεως καθορῶν· ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο συμβαλεῖν τῷ παρα-
δόξως γινομένῳ θεάματι, ἐνθεν τοι καὶ διηπορεῖτο
καθ' ἑαυτόν, Τί ποτέ ἐστι τὸ ὁρώμενον; Καὶ δὴ τῆς
προτέρης ἐδόκει καὶ αὐθις ἀκούειν φωνῆς· Νῆφε,
ἄνθρωπε, ἴδου τὸ ὁρώμενον πρόδηλον· ἤκουε ταῦτα·
καὶ ὄρα νεανίσκους τέσσαρας τὸν ἀριθμὸν, πτερὰ
περικειμένους ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ ὡσπερὶ τινα κή-
ρην ἄρτι καλὸν καὶ ἠδὺ ἀπολάμπουσαν ἐν μέσῳ κατ-
έχοντας, καὶ τοῖς τῶν ἀγίων ἐκείνων χοροῖς διακε-
λευομένους καὶ λέγοντας· Δέξασθε μεθ' ὤμων τὴν
μακαρίαν ταύτην ψυχὴν, ἥτις ὑμῖν πολλὰ δις μελ-
ῶδησε μελωδήματα, μετὰ καὶ τοῦ τὸν ὑμέτερον βίον
ἀπομιμήσασθαι. Καὶ πάντας ἐώρα ταύτην ἀσπαζο-
μένους περιχαρῶς, προηγησαμένης τῆς Μητρὸς τοῦ
Θεοῦ.

λε'. Ἀμέλει καὶ πάλιν διηπόρει ὁ ἀνθρώπος, Τίς
ποτέ δὲ αὐτὴ ἡ τοσαύτης τῆς δόξης ἀπολαβοῦσα, καὶ
τῆς ὑπὲρ λόγον τιμῆς; Καὶ ἀκούει τῶν φερόντων
ἐκείνην ἀγγέλων διαπρυσίῳ φωνῇ· Οὗτός ἐστιν Ἰω-
σήφ, Ἰωσήφ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ εὐπρέπεια, ὅς ἀπο-
στόλων τὸν βίον καὶ τῶν μαρτύρων ἐν βίῳ καλῶς μι-
μησάμενος, ἀλλὰ καὶ πάντας τιμήσας τῆ δεδομένη
τούτῳ παρὰ τοῦ Πνεύματος χάριτι, φερατὰ τε θεῖα
τούτοις ἀξίως τῆς οικείας σοφίας καὶ γνώσεως πλέ-
ξας, παρὰ τούτων αὐθις ἀντιτιμᾶται, ταύτην ὑπαν-
τὴν πρὸς οὐρανοὺς εἰσιτήριον, οὕτω Θεοῦ διατάξαν-
τος, ἵνα μηδεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀγίων ἀπῆ, ὥστε
πάντας ὁμοῦ συνδραμόντας τελῆσαι τὸν ἐπιδατήριον
τῷ γενναίῳ τούτῳ ζηλωτῇ τε καὶ μιμητῇ. Ἀλλὰ γὰρ
καὶ ἐτι βλέπε καὶ τὰ τούτων παραδοξότατα· καὶ
ἄμα ἔλεγον, καὶ ὅλος οὐρανὸς ἐξεκένωτο, καὶ τάξεις
πᾶσαι τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἐντίμως ἄγαν καὶ
εὐλαβῶς κατησπάζοντο. Καὶ οὐκ ἐτι δυνατὸς ὄρα-
ν ἦν ὁ τῆς θεωρίας ταύτης καταξιωθείς τὰ ἐπέκεινα,
ὑπὸ πολλῆς ἀγωνίας ἰδρῶτι λεπτῷ πανταχόθεν κατα-

A itinere nuper advenientes, gemitus flatusque voces
in aere audiverunt, celeriter pessimis spiritibus
Universus autem aer san-

35. Vir autem quidam sancti hujus consuetudine
clarus, qui vita sermonem exornabat, et sermone
vitam decorabat, atque illi valde similis erat; per
illud tempus, quo besta illius anima emigrabat,
cum procul esset, vocem audivit vocantem se, ac
dicentem: Egredere ac vide mirabilia, et divina
mysteria. Denique a familiari voce, ut sibi vide-
batur, expergefactus, et egressus, visionem quam-
dam timore gaudioque plenam conspexit. Universa
enim caeli latitudo discindi videbatur, atque ex
beato illo sinu turmatim sanctorum ordines exire,
non quidem uno eodemque modo; sed primo qui-
dem apostolorum summitas cum universo illorum
caelu prodibat: post hos autem martyres conse-
quentes apparebant: prophetæ deinceps, et aliorum
sanctorum qui olim vixerant, acies, et pontificia
dignitate insignes fuerant, sanctissimum collegium
visebatur. Aspiciebat ergo vlr praedictus id quod
fiebatur, totusque stupore plenus erat, dum aspiceret,
non tamen poterat plene assequi atque intelligere
spectaculum illud admirandum; propterea mente
dubia atque hinc inde agitata aiebat ipse secum:
Quidnam est hoc quod ego video? Tunc visus est
sibi ipsi vocem illam, quam antea audiverat, ite-
rum audire dicentem sibi: Evigila, o homo, ecce
manifestum est id quod vides: audi haec. Tunc
vidit quatuor juvenes habentes alas circa humeros,
et veluti puellam quamdam pulchritudine ac suavi-
tate undique perfusam tenentes in medio, atque
illorum sanctorum choris praecipientes ac dicentes:
Suscipite vobiscum beatam hanc animam, quæ
vobis plurimas cautiones suavissime modulata est,
vestramque vitam imitata est. Et simul videbat
illos omnes eam amplexantes magna cum lætitia,
Matre Dei principium hujus rei faciente

36. Porro rursus homo coepit ambigere, ac se-
cum colloqui: Quænam hæc est, quæ tanta fruitur
gloria atque ineffabili honore? Audivitque angelos
ipsam ferentes dicere sibi voce perspicua: Hic est
Joseph, Joseph Ecclesiarum decus et ornamentum,
qui apostolorum ac martyrum vitam vita sua præ-
clare imitatus est, et insuper universos illos hono-
ravit per gratiam sibi a Spiritu sancto tributam:
et cantica divina sapientia ac scientia sua digna,
in eorundem laudem modulatus, vunc ab ipsis
vice versa honoratur: ita Deo ordinante hunc oc-
cursum in primo illius ad caelum ingressu, ut
nullus sanctorum qui fuerunt unquam a sæculo,
absit, sed omnes simul concurrentes, generosum
hunc zelotem et imitatore deducant, atque illi
ad caelos ascensum faciant. Verum, aspice præte-
rea ad hæc summe maximeque admiranda. Hæc ait,
et universum caelum evacuatam atque exinanitam
est, omnesque ordines caelestium potestatum egres-
sæ, illum magno cum honore ac reverentia am-

plexabantur. Neque ulterius vir ille videre potuit, qui hujusmodi spectaculo dignus factus fuerat, ob multam agoniam, animique angustiam minutissimo sudore undique stillante perfusus. Quænam sunt hæc? Ad sanctissimam Trinitatem admissio atque accessus ut eam adoraret; astare cum angelis ante illam: ineffabilis de eadem scientia illi sine medio infusa, propter communicationem sine ullo velamine.

57. Neque verò novum aliqua ex parte videri debet, si hujusmodi honore in ascensu suo ad cælum dignus factus est. Ab illis enim honoratus est, cum quibus illum semper honorari justum est. Etenim illorum vitam sedulo descripsit atque elaboravit; cum apostolis tanquam apostolus connumerandus; cum martyribus tanquam martyr, qui licet cruorem non effuderit, graviorem tamen laborem toleravit in ea vita, quam sibi elegit et in qua diu duravit, lætus sustinens familiare martyrium, quod ipse tantum noverat: cum confessoribus tanquam confessor sanctam animam usque ad imaginationem castam puramque efficiens: cum iis qui futura prævident, tanquam non expers gratiæ prædictionis futurorum, plus habens quam omnes alii (ut aliquid plus beato huic gratificer); nam supra omnes alios ipse animum apposuit ad pangendas encomiasticas cantiones per suavissimam atque ornatissimam melodiam: ipse vero ab omnibus meruit in cœlestem thalamum cum honore, nulli alii concesso, ascendens deduci. Magis ergo et fruitur, et confruitur cum illis honore ac splendore a sanctissima Trinitate sibi communicato, cui astans, et pulchritudine, quæ lucem omnem superat, oblectatus, memor sane est nostri, qui illum honoramus, et assidue pro nobis precatur, ut nos

38. Verum, o Dei famule fidelissime, compesce ac seda in nobis acerrimum carnis prælium, et impetra, nobis tuis apud Deum intercessionibus, mentem ab omni phantasmatum perturbatione semper immunem: habes enim confidentiam multam ac libertatem, quippe qui animam tuam beatam pro sancta illius imagine posuisti, sanctosque illius sanctis laboribus tuis honorasti, cum quibus intercedis pro nobis, qui semper protectorem ac præsidem te habere rogamus: et mentem nostram splendore perfundis, spiritualiter informans ad mystica spiritus melodiam, ut exteriorem cantum cum interiori conjungat, et beatissimum Deum suavissimo cantu collaudet secundum occultam atque intellectualem musicam ac modulationem, in loco quidem incolatus per typum et imaginem, in futuro autem sæculo intellectualiter atque arcane in ipso cula. Amen

σταζόμενος. Τίνα ταῦτα; Ἡ πρὸς τὴν ἁγίαν Τριάδα εἰσαγωγή καὶ προσκύνησις, ἡ μετὰ τῶν ἀγγέλων παράστασις, ἡ ἀβρόχτος γυνῶσις αὐτῆς αὐτῷ κεχυμένης ἀμέσως, διὰ τὴν χωρὶς παραπετασμάτων ἀνάκρασιν.

λζ'. Καινὸν δὲ πάντως οὐδὲν εἰ τοιαύτης ἐν τῇ ἀνόδῳ τιμῆς κατηξίωτο· παρά γὰρ τούτων τετίμηται, ὅς ἀεὶ συντιμᾶσθαι δίκαιόν ἐστιν, ὅτι καὶ τούτων τὸν βίον ἀπηκριθώσατο, τοῖς ἀποστόλοις συναριθμούμενος, ὡς ἀπόστολος· τοῖς μάρτυσιν ὡς μάρτυς ἀναίμακτος, ὅτι τὸν πόνον μᾶλλον ἐπέτεινε τῇ τῆς ζωῆς ἀποκληρώσει, καὶ παρατάσει τῷ οἰκείῳ τοῦ συνειδότης μαρτυρίῳ ἐπαγαλλόμενος· τοῖς ὁσίοις ὡς ὁσίος, ἀγνὴν τὴν ἁγίαν ψυχὴν καὶ μέχρι φαντασίας ἀπεργασάμενος· τοῖς προορῶσι τὰ μέλλοντα, ὡς τῆς προβόρῃσεως οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ χαρίσματος· πλεονέχων ἀπάντων (ἵνα τι πλεονεξίᾳ μακαρίῳ χαρίσωμαι), ὅτι τοῖς ἄλλοις πᾶσιν αὐτὸς ἐπέθηκε διὰ τῆς ἐμμελοῦς μελωδίας τὴν ψυχὴν, εὐκόσμως ἀγούσαν ἐγκωμιαστικά μελωδήματα. Αὐτὸς δὲ παρὰ πάντων μίαν ταύτην τιμὴν εἰσβατήριον εἰσοθρανίου παστάδος [ἀπεκεκλήρωτο], μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπολαύει, καὶ συναπολαύει τούτοις τῆς παρὰ τῆς ἁγίας Τριάδος τιμῆς τε καὶ λαμπρότητος· ἢ παριστάμενος, καὶ τῆς ὑπερφώτου κατατροφῶν ὠραιότητος, μέμνηται μὲν ἡμῶν τῶν τιμώντων αὐτὸν, ἀντιβολεῖ δὲ διηνεκῶς ὅπως καὶ ἡμεῖς ἀβρόχως τὴν τοῦ βίου διαπεράσαντες θάλασσαν πρὸς τὸν ἀκλυστον λιμένα καθορμισθήμεν.

λη'. Ἄλλ', ὦ Θεοῦ θεράπων πιστότατε, παῦσον τὸν ἐν ἡμῖν τῆς σαρκὸς ἰσχυρώτατον πόλεμον, καὶ δίδου ταῖς σαῖς πρὸς τὸν Θεὸν παρακλήσεσιν, ἀφάνταστον ἡμῶν διατηρεῖσθαι τὸν νοῦν· ἔχεις γὰρ παρρησίαν πολλήν, ὡς θετικῶς τὴν σὴν μακαρίαν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἁγίας εἰκόνοσ αὐτοῦ, ὡς τιμήσας τοὺς ἁγίους αὐτοῦ τοῖς σοῖς ἀγίοις πονήμασι, μεθ' ὧν πρὸςθεύοις ὑπὲρ ἡμῶν, τῶν σὲ προστάτην ἔχειν ἐπευχομένων ἀεὶ, καὶ ἐλλάμποις ἡμῶν τὸν νοῦν νοερῶς τυπῶν πρὸς μυστικὴν μελωδίαν τοῦ Πνεύματος, ἵνα συμφωνοῖη τὰ ἔξω τοῖς ἐνδοθεν, καὶ τὸ μακάριον ἔδος κατὰ τὸ κρυπτόν καὶ νοούμενον ἐμμελῶς μουσουργημα καὶ μελωδήμα, ἐν μὲν τῷ τόπῳ τῆς παροικίας εἰκονικῶς τε καὶ τυπικῶς, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι νοερῶς καὶ τελεστικῶς, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ σε τιμήσαντι καὶ δοξάσαντι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄμην.

Christo, qui te honoravit et glorificavit in sæ-

SANCTI JOSEPH

HYMNOGRAPHI

SICULI, SYRACUSANI, ORDINIS D. BASILII MONACHI

MARIALE

Quo ejusdem S. Josephi de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria opera quæ reperiri potuerunt omnia ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita * notisque illustrata, nunc primum publicantur studio ac labore P. HIPPOLYTI MARRACCHII, Lucensis, ex congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.

Romæ, typis Ignatii de Lazaris MDCLXI.)

EMINENTISSIMO PRINCIPI

D. BENEDICTO ODESCALCO, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALI AMPLISSIMO
HIPPOLYTUS MARRACCHIVS FELICITATEM PRECATUR.

S. Josephi Hymnographi, Ecclesiæ Græcæ luminaris omnino clarissimi, Mariate, quo ejusdem S. Josephi, de augustissima cœli terræque Regina Deipara Virgine Maria, opera omnia, quæ reperiri potuerunt, ex Græcis manuscriptis codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata continentur, in publicam mundi lucem, splendoremque deducturus, votis omnibus, ac toto cordis conatu, tuæ illud curæ ac patrocinio commendo. Princeps eminentissime; ut ipsum satis per se clarum, tui quoque nominis ac protectionis fulgentissimo jubare illustratum, Christianæ reipublicæ utilitati possit dignius, ac nobiliter inservire. Non tibi offero vilem tenuemque ingenii mei opellam, tuæ purpuræ majestate ac dignitatis fastigio indignam; sed opus omnino eximium, ac prorsus egregium venerandæ antiquitatis monumentum, quod e latebris, in quibus per septem et amplius sæcula, alta oblivione sepultum jacuit, prodens in apertum, sub tui tutissimi patrocini ac clarissimi nominis auspiciis laud indecore sese asseret in lucem. Desint ei licet offerentis dignitas et meritum, opus est Josephi Hymnographi qui cum non solum a terræ regibus, sed a cœli civibus, miro modo fuerit honoratus: Imo cum ab ipsa augustissima Dei Matre, ex indulgentissima pietate, suo fuerit amplexu dignatus: quis, quamvis magnus, sibi ducere potest inglorium, tanti riri operi in lucem publicam prodeunti, sui nominis, ac dignitatis auctoritate, tutelæ suæ gratiam, ac patrocini favorem impartiri? Insuper opus est de Deipara Virgine, quæ cum sit Dei altissimi Mater, et creaturarum omnium Domina, quis, quamvis eximia dignitate resurgens, in summa felicitate, maximaque beatitudinis parte repositum non arbitretur, rebus, quæ ad ipsam pertinent, et quæ ipsius cultum ac honorem tangunt, posse aliquod patrocini genus impendere, ac servitutis specimen exhibere? præsertim cum certum omnino sit, ad summi Dei gloriam pertinere, quidquid Genitrici suæ fuerit impensum: atque augustissimam Dei hominis Parentem, patrocinium sibi exhibitum, munifica semper patrocini sui exhibitione vicissim compensare. Nihil igitur dubito, Princeps eminentissime, te huic Josephino, simulque Mariano operi, quod tibi humiliter offero, tui suffragii ac patrocini gratiam promptissime ac libentissime præstiturum; nam licet, prout est a me, mortalium infimo, summæ tuæ benignitatis argumentum ducat, si tu illud vel solum respicere digneris; attamen, prout est Josephi, qui talis ac tantus est, ut sis tuo favore atque honore dignissimus: et prout est de Deipara, quæ innumeris gratiis in te collatis, jam totum tuum ad se pertraxit affectum; totum, velut jure suo tuum sibi vindicat patrocinium. Pietatem erga Deiparam a majoribus tuis, Mariano cultui semper addictissimis, velut præclaram hæreditatem in te transfusam lætanter accepisti: et ab ipso indite rationis usu, tanto studio, et benevolentia augustissimam Dei Matrem amplexus es, ut in ejus obsequiis supra multos, etiam obsequentissimos, eminueris. Equidem quamvis in familia tua Odescalca, quæ in Germanorum oris antiquitas nata est, et postmodum in Italia fuit splendida propagata, avitæ nobilitatis tesseram, atque inclyti generis claritatem non parum suspiciam, magis tamen suspicio obsequentissimum studium, ac ardentissimum pietatis affectum, quo majores tui se totos Deiparæ Virgini addictos atque emancipatos declararunt. Quoniam vero epistolæ dedicatoriæ brevitati inserviendum, et volumen integrum non sufficeret, si omnes essent tuæ prosapiæ recen-

* Græca ex Menæis et Menologiis aliisque liturgicis Græcorum libris addidimus. Quæ vero Marraccius ex codicibus mss. expresserat, delicenter Græco, Latine ei nos damus. EDIT. PATR.

ndi, qui incredibili erga Dei Matrem ardore æstuarunt, et tenergima prorsus erga eandem pietate eniuerunt; dæos solum e tuis, levi tantum calamo delibabo, erga augustissimam Dei Matrem flagrantissimo affectu conspicuos, a probæ notæ scriptoribus recensitos, ac summis etiam laudibus celebratos; nempe Paululum Odescalcum, utriusque signaturæ referendarium, episcopum Pennensem, et Adriensem; qui auditor generalis cameræ apostolicæ, et apud multos principes Christianos (nomindtini apud Hispaniarum regem) sedis apostolicæ nuntius, et gubernator provinciarum, et totius ecclesiasticæ dititionis visitator generalis, post multos pro Romana Ecclesia sumptos labores, et operam egregie navatam, obiit anno Domini 1585, Idus Februarii. Et Petrum Georgium Odescalcum, protonotarium apostolicum, utriusque signaturæ referendarium, majoris præsententiæ abbreviatorem, brevium justitiæ præfectum, Alexandriae primum, deinde Vigevani episcopum, atque apud Helvetios sedis apostolicæ nuntium, virum omnino eximium, et compluribus litterarum monumentis æternitati meritissime consecratum; qui majores honorum gradus meritis, quam adeptus, cursum vitæ consummavit anno post natam de Virgine Salvatorem 1620, die 6 Maii. Porro Paulus Odescalcus, cum esset augustissimæ cælorum Reginae constantissima pietate, atque immutabili devotione devinctus (a), jussu Gregorii XIII Pontif. Max. electus est, ut Joannam Austriacam, Ferdinandi Cæsaris filiam, eandemque Francisci, magni Estruriæ ducis, uxorem, Lauretum euntem, tota pontificia dititione, regio cultu exciperet, et ad optatissimam Virginis ædem deduceret: cum congruum omnino esset, heroinam præstantissimam, summa benevolentia, summoque erga Deiparam Virginem animi affectu prædicandam, a viro excipi, deducique, qui esset augustissimæ Dei Matris Virginis Mariæ cliens omnino eximius, ejusque cultui obsequioque penitissime addictus. Idem quoque Paulus, cum Rosarium B. Virginis a pueritia ipsa in amoribus habuisset, a Pio V Pontif. Max. ad Joannem Austriacum, Caroli V Cæsaris filium (b), et Catholicæ exercitus contra Turcas imperatorem, jure merito fuit Nuntius destinatus, ut inter alia pia munera, in classiarios omnes cum fausta victoriæ appreciatione distribuenda, ipsi Austriaco ejusdem B. Virginis Rosarium deferret. Quod porro Rosarium, dum de ejusdem pontificis mandato in tantæ principis manus consignaret, his dictis, ex cordis penetrati intimo, ac e totius fiduciæ soliditate expromptis, usus est: « In hoc signo vinces. » Hæc autem verba, ut Constantino olim, ita tunc Austriæ fuisse certam e cælo futuræ victoriæ sponsonem, vel postea demonstravit eventus. Nam Austrius, cum Rosarium ab Odescalco accepisset, divina quadam virtute et robore confortatus, Deo et beatissimæ Virgini confidens, omnes trirentes et naves visitans, milites, duces et principes, qui ibi aderant, confirmavit, simulque ad pugnam strenue excitavit, et postmodum, ejusdem præsertim Rosarii virtute, de potentissima Turcarum classe ad Echinadas insulas gloriosissimam victoriam reportavit.

Petrus vero Georgius Odescalcus, vir ab eximia in Mariam Deiparam Virginem pietate et religione æternum prædicandus, inter alia plane innumera, quibus ardentissimum erga magnam Dei Matrem studium declaravit (c), litterarum monumentis ad posteros transmisit opus plane egregium, et ab omnibus Mariano cultui mancipatis assidue legendum, sub titulo (d): Institutum devotionis ad honorem beatissimæ Virginis Mariæ; atque insuper extra urbis Alexandrinæ mœnia, in ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ honorem tria templa construenda dicandaque curavit. Hæc autem de tuis solummodo delibasse contentus (nam ut oratione de sua in presbyterum designatione verissime dixit Chrysostomus: « In pretiosis unguentis, non tantum si quis effundat lecythum, verum etiam si quis vel summis digitis superficiem attingat, et aerem novo odore tinxit, et quotquot adsunt fragrantia suavitare replevit. » Quid de te dicam, princeps eminentissime, qui omnium majorum tuorum pietatem erga Deiparam, una cum aliis præstantissimarum virtutum ornamentis, non solum æquare, sed etiam superare studuisti? Dicerem te Ecclesiæ S. Mariæ de Montibus, ad potentissima miraculorum signa, quæ ibi quotidie in Matris suæ gratiam demonstrat Deus, in urbe sanigeratissimæ, non sine speciali divinæ providentiæ consilio, protectorem fuisse meritissime constitutum; cum eo existas erga Deiparam Virginem affectu, ut in omnia, quæ tantæ Matris honorem ac reverentiam tangunt, magis promo ac incenso animo rapiaris, quam ad magnetem ferrum, atque ad solis rotam rapiatur heliotropium. Prædicarem propensum voluntatis tuæ studium, ac cordi tuo insitam teneritatem erga augustissimum Lauretanæ Virginis sacrarium, in quo Deipara genita, et educata, et in quo Verbum caro factum est; cum illud non solum religiosissime invisaris, sed etiam in beneficiorum Lauretanæ Virginis erga te signum (ipsa enim votis tuis benigne annuente, fuisti a gravi gutturalis suppurationis ægritudine persanatus) aureis donis, tua pietate et magnificentia dignis, honestaveris. Celebrarent te, adjutum præsertim ope Deiparæ, quam singularibus obsequiorum generibus, magnisque devotissimi affectus significationibus tibi assidue demereri procurasti; Novariensem episcopatum, legationem Ferrariensem, atque alia munera a sede apostolica tuæ curæ commissa, summa semper cum prudentia, atque integritate administrasse: ac ejusdem Deiparæ tibi patrocinio favente, te in omnibus fuisse semper in judicio rectum, in moribus inculpatum, in gratiis et beneficiis promptum, erga subditos benignum, in pauperes magnificum, animo candidum, corde sincerum, vita purum, et ut verbo dicam, in omnibus virum tui nominis benedictum: nisi hæc, et complura alia devotissimæ mentis tuæ erga Dei Matrem testimonia, et splendida ejusdem Dei Matris erga te Clementiæ monumenta, quæ solo veritatis affectu urgente, sine ulla assentationis nota scribere possem,

a) Tursell. in Hist. Lauret. lib. iv, cap. 25,

(b) Hyacinthus Choquetus in Triumpho Rosar. cap. 9.

(c) Ughellus in Italia sacra, tom. IV.

(d) Hieronymus Ghilinus in Theatro Virorum litteratorum, et alii.

tacitus præterire omnino cogerer, ob singularem tui animi modestiam, quæ magnis tuis laudibus hanc adjunxit, laudis odium. Implere enim gloriose satagis inclytam tui cognominis Odescalci appellationem, quæ a calcatione odarum, id est laudum, non incongrue derivatur: atque ideo odas, id est laudes, quamvis tuæ virtuti omnino debitas, atque a sincera confessione laudantium tibi exhibitas, generoso humilitatis pede calcare non desinis. Omnia igitur tuæ modestiæ concedens, et ea, quibus de te meus calamus, a sola veritate impulsus, non unam paginam posset ornare, in intimo mentis recessu, ibidem æternatura, recondens: solum mihi a te concedi exire peto, mihi que nullo pacto denegari ardentissime desidero, posse scilicet in fine hujus epistolæ huic S. Josephi Hymnographi operi Mariano, ac tibi etiam ipsi, ex cordis intimo saltem breviter gratulari. Gratulor igitur huic operi, Princeps eminentissime, eo quod in mundi conspectum prodiens, ex providentissima Dei benignitate te sortitum sit patronum, quo in Deiparæ cultu, et cæteris etiam omnibus Christianarum virtutum ornamentis, vix majorem melioremque optare potuisset: et gratulor etiam tibi, quia Joseph meus (ut firmum apud me est) tuum suo operi exhibitum patrociniæ honorem, grata sit semper memoria, et sollicita apud Deum prece, prosecuturus: atque augustissima cælorum Regina, dum operi quod ejus laudes et encomia continet, protectionis tuæ favorem impendis, hoc valida vicissim protectionis suæ erga te exhibitione, et dignis e cælo muneribus sit affluentissime compensatur.

Vale interim publico bono magnæ Dei Matris cliens amantissime, et me famulum tibi deditissimum, totamque congregationem meam, tuis obsequiis addictissimam, solita benignitate prosequere.

Romæ, ex ædibus S. Mariæ in Campitello, anno salutis 1661, die 6 Januarii.

LECTORI.

Pauca, amice Lector, de auctore hujus operis, ac de opere ipso tecum præfabor, audire si libuerit. Quis ac quantus fuerit S. Josephus Hymnographus, cujus Mariana monumenta nunc primo spectanda tuis oculis objicio, ex iis quæ de ipso in principio hujus operis appono (ne in hoc vestibulo te longius morer) erit, ut spero, tibi satis superque manifestum. Josephi Vita, per Joannem Magnæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconum ac oratorem composita, quam exhibeo, exstat Græce ms. in perantiquo codice amplissimæ bibliothecæ Vaticanae, et inde excerpta, per P. Ludovicum Marraccium, meum conjunctione sanguinis, ac religionis professione, fratrem germanum Latine reddita est. Exstat eadem in Græco ms. codice monasterii S. Salvatoris apud Messanam, atque a Patre Augustino Floritio Soc. Jesu in Latinum translata, edita est Panormi, superiori anno 1657, una cum tomo secundo operis *De Vita SS. Sicularum P. Octavii Cajetani ejusdem Societatis. Vita Josephi*, quam ex Menæis produco, per eundem P. Ludovicum Marraccium est Latio illata (a).

De opere autem ipso quid dicam? Dico illud ex Menæis, ex Horologio, ex Paraclitico, ex Triodio, ex Pentecostario, ex Rituali, aliisque Græcorum voluminibus, in quibus Josephi Canones hinc inde sparsi reperiuntur, fuisse collectum: et fere totum studio ac diligentia jam dicti P. Ludovici Marracci e Græco in Latinum sermonem fuisse translatum. Dico esse totum aureum, totum gemmeum, totum ex pietatis saccharo, ac devotionis melle compactum, ex quo, quam affectuosus fuerit auctoris in Mariam genius, quam ingeniosus affectus, et quam purus ac fervens amor luculentissime elucet. Dico esse omnium semper immaculatæ Virginis studiosorum manibus terendum, judiciisque probandum, cum in omnium animis pietatem erga semper et omnibus modis immaculatissimam Virginem Deiparam, non solum fovere sed augere non parum valeat; cum duri prorsus ac lapidei cordis sit, qui eo lecto non emolliatur, et ad Magnam Dei Matrem ardentius amandam non excitetur. Dico esse ditissimum Gazophylacium, innumeris Marianarum laudum et præconiorum talentis refertissimum: pretiosissimam Aurifodinam sacris Deiparæ pro concione declamatoribus uberem virginallum encomiorum materiam ministrantem: atque incomparabilem Thesaurum, non ex magna auri vel argenti vi, rerumque pretiosarum copia, sed ex amplis summisque Deiparæ Virginis opibus affluentissime congestum. De quo quidem opere jure merito in ipsius Josephi Vita Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator in hunc modum scripsit. *Est quispiam rigidus, ac durus, atque ad lacrymas effundendas ineptus? Suavissimas melodias a Josepho scriptas in Virginem ac Dei Matrem, quæ ineffabiliter Verbum concepit, assidue legens, et decantans, lacrymaram maria plenis oculis effundet, et mente collique factus immateriali sensu spiritualibus compunctionis deliciis perfruetur. Hæ autem melodiæ sexcentæ sunt, quæ ab eo variis commutationibus et sonorum concisionibus, variisque rhythmorum differentiis compositæ, dulcedinem quodammado atque odorem suavitatis aromatizant.* Sic ille. Certe, amice Lector, si ad ea quæ a S. Josepho Hymnographo tibi in hoc opere exhibentur, legenda animum oculosque adjicies, certus omnino sum de tua post degustatam ibi latentem dulcedinem in legendo perseverantia, nec dubito te hujusmodi lectione in cultu amoreque Virginis augustissimæ Deiparentis pristinae pietatis magnitudini semper aliquid additurum. Interim pro hoc S. Josephi opere, quod tibi in præsentia exhibeo, et pro alijs etiam SS. Patrum in laudem Deiparæ Virginis præclarissimis monumentis, quæ, si Deus vitam vires, atque otium dare pergat, tibi quantocius exhibiturus sum, preces tuas apud Deum et sanctissimam ejus Parentem Virginem Mariam, modestissime, sed instantissime requiro. Vale.

(a) Vide supra col. 951.

MARIALE

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

I.

In pervigilio Nativitatis SS. Deiparæ Canon I (1),
cujus acrostichis (2) hæc est : « Ortum puellæ
Numinis natæ cano Joseph.

Ode 1 (3).

I 1. Ovantes hodie cum lætitia hymnis canamus
divinam Dei Matris nativitatem : gaudium enim pe-
perit universo mundo, quod mœstiliam primæ
parentis exterminavit.

Regina castissima, atque ab omni labe mundis-
sima, nascitur ex sterili, futura ipsa peccati sterili-
tas, quam lex prædescripsit, et divinorum theolo-
rum voces præmonstraverunt.

Templum et palatium Regis facta es, in quo
faciens habitationem suam ille supersubstantialis,
efficiat fideles domicilium sanctissimæ Trinitatis.

Unicæ pulchritudinis thalamus, Dei thronus altis-

(1) Illic S. Josephi canon in pervigilio nativitatis
sanctissimæ Deiparæ, qui Græcè exstat in Menæis
Græcorum sub die 7 Septembris, et in codice ms.
bibliothecæ Vaticanæ n. 779, pag. 137, una cum
aliis ejusdem S. Josephi de Deipara canonibus,
præter cānones de obdormitione et zona B. Virgi-
nis, Latine redditus est a P. Ludovico Marraccio
nostræ congregationis Matris Dei. — Quid sit can-
on apud Græcos, exponit Zonaras in Commenta-
rio ad S. Joannis Damasceni Canones anastasi-
mos, sive de Resurrectione, conscriptos, qui
Commentarius exstat ms. in bibliotheca Bavarica.
Canon autem sive hymnus, quem in divinis officiis
cantant Græci, complectitur odas numero novem,
quia scilicet ecclesiasticus cantus imitatur novem
ordines angelorum laudes divinas in cœlo canen-
tium : vel etiam novenarius iste odarum ex triplici
ternario constans, symbolice ter maximam Trini-
tatem designat, ad cujus laudem dirigitur omnis
Ecclesiæ cantus. Forte canones S. Josephi inter
alios Græcorum scriptorum canones insignem lau-
dem merentur, adeoque excellunt ut nullam fere
comparationem admittant : sunt enim venustissimi,
ingeniosissimi, et sacris conceptionibus pleni, nec
non tenerorum erga Deiparam affectuum copia re-
dundantissimi. Unde in Typico Græcorum cap. 7 hæc
habentur, ut refert Leo Allatius *De libris eccles.
Græcor.* dissert. I, pag. 81 : « Sciendum est, si Me-
næum habet in memoriam alicujus sancti canones
variorum poetarum, si canon aderit domini Cosmi,
eum aliis anteponendum ; si domini Joannis, et
aliorum, eum qui Joannis est, anteponi ; si domini
Theophanis, et aliorum, domini Theophanis ante-
poni ; ille enim ante alios honorandus est : si do-
mini Josephi, eum reliquis poetis præponi ; si cæ-
teri defuerint, domini Joannis ; si hi quoque de-
fuerint, domini Theophanis ; si hi etiam, domini Jo-
sephi cæteris omnibus præponi. » Hæc in Typico
de Josephi nostri canonibus.

(2) In nostri Josephi canticis, seu canonibus,

A

A'.

Ἐν προσορτίᾳ τῆς Γεννήσεως τῆς ὑπεραγίας
Θεοτόκου, Κανὼν Α', οὗ ἡ ἀκροστιχὶς ἐστὶ
« Γέννησιν ὑμῶν τῆς Θεοπαίδος κόρης Ἰωσήφ. »

Ὁδὴ α'.

Γηθόμενοι σήμερον μετ' εὐφροσύνης ὑμνήσωμεν
τὸ θεῖον γενέθλιον τῆς Θεομήτορος : καὶ γὰρ τέτοκε
χαρὰν τῇ οἰκουμένῃ, λύπην τῆς πρωτομήτορος ἐξα-
φανίζουσαν.

Ἐκ στείρας προσέρχεται τῆς ἀμαρτίας ἡ στείρω-
σις, ἣν νόμος προέγραψε, καὶ τὰ κηρύγματα προ-
εδήλωσαν πῶν θεῶν θεηγόρων, ἡ πάναγνος Δέσποινα
καὶ παναμώμητος.

Ναὸς καὶ παλάτιον τοῦ Βασιλέως γεγένησαι, ἐν ᾧ
τὴν κατοίκησιν αὐτοῦ ποιούμενος, αἰκητήριον τῆς
ἀγίας Τριάδος πιστοῦς ἀπεργάσῃται ὁ ὑπερούσιος.

Νυμφῶν ὠραιότατος, θρόνος Θεοῦ ὑψηλότατος,

illud omnino notabile est, quod sæpe nomen suum
omissum in titulo, per acrostichidem, sive primæ
stropharum litteras, circa ultimam semper odam
sui musici canonis accurate signavit : quod ejus
factum alii quoque Græcorum melodi sunt imitati.
Id quod vel ideo monitum velim, ne aliquis in in-
dagandis odarum auctoribus solos inspiciendos ca-
nonum titulos credat. Certe cum fateantur Menæa
Josepho nostro hymnorum extemporalium gratiam
divinitus datam fuisse, ut taceant de subitaneorum
acrostichidum dono (quas nemo nescit operosis-
simas esse), credit vir doctissimus P. Simon Vua-
gnereck in *Mariana Pietate Græcorum* in Prolego-
menis n. 22, extemporalem hanc gratiam ad illos
Josephianos in Menæis hymnos non trahendam,
qui scatent acrostichidibus, quanquam asserat dici
forte non incommode posse, ob id ipsum divinam
hanc gratiam in eodem Josepho pro miraculo ha-
bitam esse, quod extemporaneas quoque acrosti-
chides funderet.

(3) Scire forsitan non nemo cuperet, an hæc Jose-
phi odæ, et aliæ odæ etiam Menæorum, et libro-
rum Græcorum ecclesiasticorum, constant certo
genere carminum, an oratione soluta? Cui aliud
cum Simone Vuagnereck in *Mariana pietate Græco-
rum* in Prolegomenis n. 31, respondendum non
habeo, quam ideo vocari odas a Græcis, quod in
strophas dividantur imitatione odarum, cum præ-
sertim ex usu vulgari significet oda quidquid can-
tatur. Cæterum ex nullo ipsas metro constare nisi
aliquando quoad senarios iambicos, quod raro con-
tingit, deprehendere est. Unde Suidas scribit
S. Joannem Damascenum, uti et ejus collegam
S. Cosmam Hierosolymitanum, condidisse canones
musicos, tum carmine iambico scriptos, tum ora-
tione soluta. Quapropter ambigendum non est, Me-
næorum innumeras odas, in quibus nullum iambi
vestigium lucet, in suis omnibus strophis ex metra
omnino prosa constare.

καθίστας σαρκὶ ὁ ὑπερούσιος τοὺς καθημένους ἐν ἀσκήσει ἀπωλείας, ἐγερεῖς πρὸς γνώσεως φῶς ἀγαθότητι.

Ὁδὸς γ'.

Ἡ γῆ ἡ κατάκαρπος ἐκ γῆς ἀκάρπου γεννᾶται, ἥτις καρπογονήσει τὸν γεωργὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωηφόρον ἀσταχυν τὸν τρέφοντα πάντα θείῳ νεύματι.

Σήμερον ἐδλάστησε τῆς παρθενίας ἡ ῥάβδος, ἐξ ἧς ἀνθήσει ἄνθος ὁ φυτουργὸς ἡμῶν θεός, τὰ πονηρὰ βλαστήματα ἀποτέμνων ἀκρα ἀγαθότητι.

Ἰδὲ τὸ ἀλάξευτον ὄρος ἐκ πέτρας ἀγόνου ἀποτεχθὲν τὴν λίθον καρπογονεῖ νοητὸν, ὃς συντριβὴν ἐργάζεται τῶν ξοάνων πάντων τοῦ ἀλάστορος.

Νόμου προχαράγματά σε προεδήλωσαν, Κόρη· τὸν Νομοδότην σὺ γὰρ νομίμων δίχα ἐν γαστρὶ κυφορεῖς, τηροῦντά σε ὑπὲρ λόγον ἀφθόρον, ἀμίαντον.

Ὁδὸς δ'.

Ἐπερτέρα τῶν ἀγγέλων ἐπὶ γῆς κόρη τίκτεται, ἐν ἀγιωσύνῃ οὐσα καὶ καθάρσει ἀσύγκριτος, ἥτις τὴν καθαρὴν πάντων Χριστὸν τέξεται, ἀγιότητα, καὶ παντελεῖ ἀπολύτρωσιν.

Μακρὴ ἡ κοιλία ἡ τῆς Ἄννης γεγένηται· τὴν γὰρ ἐν κοιλίᾳ μέλλουσαν χωρεῖν τὸν μακάριον καὶ μὴ χωρούμενον Λόγον ἀπεγέννησεν, ἀναγέννησιν πᾶσι πιστοῖς παρεχόμενον.

Νῦν ὁ ζόφος τῆς κακίας ἐκμειοῦσθαι ἀπάρχεται· ἡ γὰρ τοῦ ἡλίου ἐμψυχὸς νεφέλη ἀνέτειλε στειρωτικῶν ἐκ λαγόνων ἡ πανάμωμος. ἧς τὴν γέννησιν τὴν φωταυγῆ ἐορτάσωμεν.

Ὡς κατάκαρπος ἐλαία, ἡ ἐκ ῥίζης βλαστήσασα Ἰεσσαὶ, Παρθένος, Ἄννα σὲ βλαστάνει βλαστάνουσαν τὸν ἐλεήμονα Λόγον, οὗ τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ παντὸς προπορεύεται.

Ὁδὸς ε'.

Τὸ ἐσφραγισμένον νῦν βιβλίον ἀποτίκτεται, ὃπερ ἀναγνώσεται οὐδὲως φύσεως νόμῳ βροτῶς, τηρούμενον Λόγου εἰς κατοίκησιν, καθὼς βιβλοὶ προεδήλωσαν θεηγόρων ἐν Πνεύματι.

Ἡ ἀμίπελος σήμερον ἐτέχθη ἡ σωτήριος, ἥτις τὸν ἀκήρατον ἀνθήσει βότρυν τὸν θεῖον γλεῦκος προχέοντα, ἐξ οὗ πᾶς ὁ πίνων μυστικῶς θείαν καὶ σωτήριον εὐφροσύνην καρπώσεται.

Σχιρτήσατε, ἄγγελοι, ἀνθρώποις συγχορεύοντες· σήμερον ἐκ στείρας ἡ Παρθένος ἀποτεχθεῖσα τὴν λύπην ἐπαυσε, καὶ προοιμιάζεται χαρὰν τοῖς πανηγυρίζουσι τὴν αὐτῆς θείαν γέννησιν.

Θεῖος προδιέγραψε προφήτης προδηλότατα τόμον σε καινὸν, ἐν ᾧ δακτύλῳ Λόγος πατρῶψ, Κόρη,

(4) Hæc est veluti propria B. Virginis nota, qua ipsa ab aliis Adæ filii discernitur, scilicet quod sit tota immaculata. Et cum de hac voce tota quasi in proverbium abierit apud omnes: Qui totum dicit, nihil excludit, Josephus B. Virginem totam immaculatam appellans, in nulla vitæ parte eam fuisse

simus est, o Virgo; in quo ille sedens secundum carnem 2 eos qui in perditionis tenebris sedent excitabit ad lucem scientiæ propter bonitatem suam.

Ode 3

Hæreditatis tuæ, quæ nos sumus, peccatis omnibus ignosce, Christe Deus, non respiciens nunc ad illa, cum habeas deprecantem te eam, quæ sine semine genuit te super terram, quippe qui propter magnam misericordiam tuam voluisti formam alienam suscipere.

VII

In sanctissimam Deiparam canon VII (38), cujus acrostichis hæc est: « Deipara, senis te modis ego cano. » Joseph.

Ode f.

Decepta pravo hostis consilio, prima mater mortem adduxit in mundum: tu vero, o purissima, vitam enixa nos corruptione percemptos vivificasti.

35 Et cogitationibus prolapsa, et maculis carnalibus sordescens, ad te vere (39) puram, immaculatam et castam confugio: esto adiutrix servo tuo.

Infestas cordis mei passiones, o Deipara, tuis medicaminibus cura; gravissimam cogitationum inconstantium tempestatem seda intercessione tua apud Deum, o Domina.

Ode 3.

Per illam quæ peperit te, miserere mihi, et salva me, o Verbum, tu qui solus natura compatiens propter viscera misericordiæ tuæ effudisti pro me totum sanguinem tuum.

Addictum Deo templum per divinam generati-

(36) Non potest S. Josephus immaculatum B. Virginis conceptum verbis clarioribus deprædicare. Quid enim est dicere B. Virginem solam inter mulieres fuisse immaculatam, nisi cum omnes mulieres post Adæ lapsum fuerint cum originali macula conceptæ, eam solam inter illas ab hac macula in suo conceptu liberam exstitisse, atque adeo solam inter omnes immaculatam fuisse?

(37) Ob puritatem originalem maxime appellatur Virgo nomine columbæ, quæ sine felle est, et typus puritatis: *Una est columba mea*. Cantic. cap. ii. Nam sexaginta sunt reginæ, et multo plures concubinæ; adolescentularum autem non est numerus, sed primaria Sponsa et omnibus longo intervallo anteposita, una est Maria, hoc est sola, quam singularitatem maxime habet in puritate justitiæ originalis. Est quippe amor munditiæ et puritatis velut natus columbæ, ut propterea aquam, unde bibere et se lavare possit, mundam et puram esse admoneat Varro libr. iii, c. 7: *Sunt enim, inquit, per mundæ hæc volucres*. Itaque apte consentit cum summo Virginis nitore nomen columbæ. Et nomen quidem Hebræum columbæ, a radice impurum quid et graveolens ferente deductum est, quia indidem derivatur unde cœnum et lutum, ut Sancius in cap. ii Cantic., n. 58, ratio-

αρία πάντων ἡμῶν χαίρει, ἡ μόνη ἄμωμος ἐν γυναιξὶ καὶ καλὴ χαίρει, σκεῦος μύρον τὸ ἀκένωτον ἐπὶ σὲ κενωθὲν εἰσοδεζάμενον.

Ἡ περιστέρα ἡ τὸν Ἐλεήμονα ἀποκυήσασα, χαίρει, Ἀεικάρθενε ὁσίων πάντων, χαίρει, τὸ καύχημα τῶν ἀθλητῶν στεφάνωμα, χαίρει, ἀπάντων τε τῶν δικαίων θεῖον ἐγκαλλώπισμα, καὶ ἡμῶν τῶν πιστῶν τὸ διάσωμα.

Φεῖσαι, ὁ Θεὸς, τῆς κληρονομίας σου τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν πάσας, παραβλέπων νῦν εἰς τοῦτο, ἔχων ἐκδυσωποῦσάν σε τὴν ἐπὶ γῆς ἀσπόρως σε κυοφορήσασαν διὰ μέγα ἔλεος θελήσαντα μορφωθῆναι, Χριστὲ, τὸ ἀλλότρινον.

B

Z.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, Κανὼν Ζ', οὗ ἡ ἀκροστιχὶς ἐστὶ: Ἐκτον προσάξω τῇ θεοτόκῳ μέλος. Ἰωσήφ.

Ῥδὴ α'.

Ἐκ πονηρᾶς συμβουλίας τοῦ δυσμενοῦς ἡ προμήτωρ θάνατον ἐπεισῆξεν· ἀλλ' αὐτὴ τὴν ζωὴν κηρύσσασα, ἀγνή, νεκρωθέντας τῇ φόρᾳ ἡμᾶς ἐζώωσας.

Καὶ λογισμοῖς ὀλισθαίνων καὶ μωλυσμοῖς σαρκικοῖς σπιλούμενος, ἐπὶ σὲ τὴν καθαρὴν ἀληθῶς καὶ ἀσπιλον, ἀγνήν καταφεύγω, βοηθὸς γενοῦ τῷ δούλῳ σου.

Τὰ τῆς καρδίας μου πάθη τὰ χαλεπὰ, θεοτόκε, ἴσασαι, τῶν ἀστάτων λογισμῶν τὸ δεινὸν κλυδώνιον τῆ σῆ μεριτεία πρὸς Θεὸν ἔκσπασον, Δέσποινα.

Ῥδὴ γ'.

Ὁ μόνος φύσει συμπαθὴς, ὁ τὸ α.μά σου, Λόγε, διὰ σπλάγχχνι ἐλέους δι' ἐμὲ ἐπὶ σταυροῦ κενώσας, διὰ τῆς σε κηρύσσης ὀκταιρον καὶ σῶσον με.

Ναδὸς γενόμενος Θεοῦ τῇ θεογεννησίᾳ, ἐκουσίως εἰς

cinatur; ipsum tamen columbæ nomen nihil nisi purum et illime præ se fert, quod in rem nostram apposite cadit. Nam B. Virgo, quamvis de cœnosa et fœda radice parentum generis nostri procreata, nihil tamen continet nisi sanctum et purum, ita ut etiam ipsum ejus primum initium fuerit intemperatissimum et omni prorsus labe carens, quod Galatinus libr. vii, *De arcanis*, cap. 5, expressum putat eo Spiritus sancti oraculo Cantic. ii: *Columba mea in foraminibus petrae*. Nam petram ad principium generationis pertinere putat ex Isaiaë lv, ubi Hebræi jubentur attendere ad petram unde excisi erant, id est, ad suæ generationis principium. In ipsis ergo petrae foraminibus, inque ipso primo ortus ad vitam principio puritas Virginis commendatur. Vide Nieremberg. in *Exceptionib.* c. 13.

(38) Exstat hic canon Græce tantum in Paracletica Græcorum, Feria iv, sexti tomi seu secundæ.

(39) Ne aliquis putaret B. Virginem false, inaniter et ficto dici puram et immaculatam, addidit Josephus, vere, significans ipsam in veritate puram fuisse atque immaculatam. Revera autem non fuisset pura, nec dici posset vere immaculata, si in primo instanti sui esse impuritate ac macula originalis criminis sordidata apparuisset.

πάθη ὠλισθησα χαλεπά· διέ σε, Θεοῦ ναέ, ἰκετεύω, Δέσποινα, βοήθει μοι.

Παστάς Κυρίου ἐκλεκτή, οὐρανίου καστάδος ποιη-
σόν με κληρονόμον τὸν τῆ θεία σου σκέπη, ὡς ἐν
καστάδι σεπτῆ καθ' ἐκάστην πόθω σε γεραίροντα.

Ὁδὴ δ'.

Ῥανίσιν, ἀχραντε, πλευρᾶς τοῦ τόκου σου τῶν πα-
θῶν μου τὸν ῥῦπον καὶ τοὺς δεινοὺς σπίλους τῆς καρ-
δίας μου ἐναποκάθαρσον, ἀγνή, καὶ φωτὶ σου κατα-
λάμπρυνον.

Ὁδὸς εὐθεία μοι, ὁδὸς εἰσάγουσα σωτηρίας πρὸς
τρίβους ἢ τὴν ὁδὸν τέξασα γενήθητι, ἀποπλανήσει
πονηρᾶ καθ' ἐκάστην ὀλισθαίνοντι.

Σταγόνα δμδρισον ἐν τῇ καρδίᾳ μου κατανύξεως, Β
Κόρη, ἢ τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς κηύσασα, τὰς διεκχύ-
σεις τῶν ἐμῶν παθημάτων ἀναστέλλουσα.

Ἄγλα Δέσποινα, τὸν ὑπεράγιον ἢ κηύσασα Λόγον,
ἀγιασμὸν τῆ ψυχῇ μου δώρησαι, καὶ τριχυμίας πει-
ρασμῶν τὴν ζωὴν μου ἐλευθέρωσον.

Ὁδὴ ε'.

Ξένον ὡς ἰσχήκας τοκετὸν, ξένον με γενόμενον
Θεοῦ δι' ἁμαρτίας οἰκείωσον, ξένωσον ἐκ ταύτης, καὶ
τῷ οἰκτίρμονι οἰκείωσον, Παρθένε, τῇ μεσιτείᾳ σου.

Ὡς ὕρος πάλαι σε Δανιὴλ βλέπει, τηλαυγῶς μαρ-
μαρυγαῖς τῆς παρθενίας ἐκλάμπουσας, ἐξ οὗ ἐτμήθη
λίθος συντρίβων, πάναγνε, τὰ εἰδῶλα τῆς πλάνης
σθένει θεότητος.

Truculentorum latronum invasionibus sauciatum in anima, et semimortuum in via hujus vitæ, gravi-
que in discrimine positum, visita me, o Verbum.

Ὁδὴ ς'.

Ἡ ῥάβδος ἢ ἐντιμος ἢ βλαστήσασα ἡμῖν ξύλον
ζωῆς τὸν Κύριον, τὴν ταπεινὴν ψυχὴν μου φθοροποι-
οῦς ἐνοίας βλαστάνουσας τῷ σταυρῷ τοῦ Υἱοῦ σου
ἀποκάθαρσον

Θηρὸς ἁμαρτίας με, ὡς κυτῶας ἐκ γαστρὸς τὸν
Ἰωνᾶν, ἐξάγαγε σαῖς ἰκεσίαις, Λόγε, τῆς ἐν γα-
στρῇ ἀγνώως χωρησάσης σε τὸν ἀχώρητον φύσει, πο-
λυέλεε.

Ἐπλήθυναν, Δέσποτα, ὑπὲρ ἄμμον θαλασσῶν τὰ
πονηρὰ μου πταίσματα· ὡς κεκτημένος πέλαγος

A nem effectus, voluntarie in molestissimas passiones
prolapsus sum. Propterea supplex rogo te, o Do-
mina, quæ es templum Dei, adjuva me.

Regis Domini thalamus electas, fac me cœlestis
thalami consortem divina protectione tua; ego
quippe in angusto thalamo quotidie cum affectu te
honoro.

Ode 4.

Absterge, o immaculata et pura, (40) guttis e
latere Filii tui manantibus, sordes affectionum
mearum, et pessimas maculas cordis mei; et luce
tua illustra me.

Sis mihi, tu, quæ viam ipsam peperisti, via re-
cta; via quæ deducat me in semitas salutares; nam
quotidie errore malo prolabor.

Effunde stillas compunctionis in corde meo, o
Puella, quæ fontem vitæ peperisti, et passionum
mearum effusiones compesce.

Nulli sanctitate secunda Domina (41), quæ omni
sanctitate superius Verbum peperisti, sanctificatio-
nem largire 36 animæ meæ, et a tentationum
procellis libera vitam meam.

Ode 5.

Ipsa, quæ partum peregrinum habuisti, me a Deo
peregrinum effectum, eo quod peccati domesticus
fuerim, ab eodem peccato peregrinum redde; et
misericordi me domesticum effice, o Virgo, media-
tione tua.

Sicut montem vidit te olim Daniel, virginitatis
radiis splendide coruscantem, o tota immaculata:
ex quo abscisus est lapis; qui robore divinitatis,
erroris simulacra contrivit.

per eam quæ peperit te.

Ode 6

Emunda cruce Filii tui infelicem animam meam,
cogitationes noxias pullulantem, o virga venera-
bilis, ex qua nobis lignum vitæ Dominus germina-
vit.

Me a fera peccati, tanquam Jonam a ventre ceti
educ, o Verbum, multa præditum misericordia,
per intercessionem illius, quæ te incomprehen-
sibilem natura, in suo utero castissime comprehendit.

O Domine, multiplicata sunt super arenam ma-
ris pessima peccata mea: tu, tanquam possidens

(40) Quando Patres, ut Origenes Homil. i de
diversis in Matthæum; S. Bernardus serm. 13, de
Coena Domini; S. Leo papa epist. 38, S. Joan.
Chrysostomus in cap. xi Epist. ad Hebræos, et
alii, Christum vocant immaculatum, non solum a
Christo peccatum actuale excludunt, verum etiam
et originale, id quod expresse docuit Odo Cameracensis in Expositione Canonis, dist. 3, dicens: *Hostiam immaculatam, id est, sine omni macula culpæ, utpote concepta et nata sine peccato*. Eodem prorsus modo de Virgine censendum: nam quemadmodum Christus non diceretur revera immaculatus absolute et simpliciter, si aliquod admisisset peccatum actuale aut originale, æquè minus Virgo immaculata nuncuparetur, si aliquod agnovisset. Meritoque Odo Cameracensis loco citato eodem modo copulavit Jesum Christum et Matrem ejus in Elogio nomi-

nis immaculati dum dixit: ab immaculata Matre sumptam esse hostiam immaculatam. Vide Nierembergium, in Exemptionibus cap. 2.

(41) Hoc Elogio Deiparam Virginem omnes omnino tunc homines quam angelos in sanctitate excessisse proclamavit Josephus, quod verificari nullatenus posse contracto peccato originali; ex hac enim parte angeli et protoplasti in paradiso essent. B. Virgine sanctiores. Nam si primos parentes, quod essent humanum genus propagaturi, visum est Deo sanctimonia ornatæ in lucem educere (ex communiore sententia), an videri ipsaliter potuit de hac altera Eva reparandæ salutis adjutricæ, sociæque amplificandæ sanctitatis, et aliis insigni gloriæ, quæ primigeniæ labis probrum aut excludant oportet, aut in dubium revocentur? Si angeli in sanctitate a Deo creati, cur non similiter eorum Regina?

pelagum misericordiarum, converte, et salva me, o Verbum, avocationibus Genitricis tuæ.

37: Ode 7.

Desististi partu tuo, qui fuit supra naturam, naturam primi parentis. Me igitur qui supra naturam pecco, et Deum natura bonum ad iram provoco, maternis tuis reconciliationibus eidem domesticum redde.

Jugiter emanant a corde meo peccatorum flumina : tu ex qua aqua salutis fidelibus scaturivit, emunda illud, ut canere possim dulcisonis modis: Benedicta, quæ Deum in carne peperisti.

Supra terram tu fuisti cælum Factoris cœli et terræ, quem supplex precare ut liberet me a terrenis malis, et dignum me faciat ut particeps sim bonorum cœlestium, o Dei Genitrix.

Ode 8.

Ego miser, quantumvis nolim, turpia perpetor, consuetudini deserviens, quæ me subjicit pessimis dominis, qui a Deo exciderunt; o Domina Virgo, libera me.

Genuisti, o Domina Virgo, nostrum nullius manu agricolæ cultum, ex quo vinum salutiferum profluit universis; me peccati ebrietate obtenebratum, sobrietati ac salutem restituere.

O Domine, licet damnationis reus sim, ne statuas me cum damnatis, in hora judicii: sed exiguum suspirium meum suscipiens, salvum me fac, o miserator, intercessionibus Matris tuæ.

Ode 9.

Conculcavi ego solus per summam amentiam legem tuam salutiferam, o Christe; et gravissimæ transgressionis **38** deservio, jamque damnationis reus factus sum: salva me, et miserere mei, per castam illam, quæ peperit te, tu quippe es omni bonitate superior.

A tempestate tentationum mihi graviter periclitanti esto portus, o Deo charissima Domina: et passionum mearum fluctus mitigans, peccatorum meorum pelagum desicca, ut pro debito laudem te omni laude dignissimam.

Notifica mihi viam rectam, o Virgo, per quam invenire possim portam ad regna superna ferentem, ad divina paradisi tabernacula, ad veram ac sempiternam beatitudinem.

Ordines angelorum sanctorum, exercitus martyrum, confessorum, hierarcharum, justorum, prophetarum atque apostolorum cœtus, una cum Genitrice tua, te, Christe, precantur: Tu tanquam multa præditus misericordia, salva nos, et miserere nostri.

VIII

In sanctissimam Desparam Canon VIII (42) cujus acrostichis est: « Octava do tibi, Maria, cantica. Joseph. »

Ode 1.

O gloriosa et casta, quæ sola fidelium gloria

(42) Exstat hic Canon Græce tantum in Paracletico Græcorum edito feria IV. octavi toni seu

οἰκτιρῶν, ἐπιστρέφον, σῶσον με παρακλήσει, Λόγε, τῆς Τεκούσης σε.

Ὕδῃ ζ'.

Ἡ τὴν φύσιν τοῦ προπάτορος θεώσασα τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ σου, ἀμαρτῶντά με ὑπὲρ φύσιν, καὶ τὸν ἀγαθὸν τῇ φύσει πικράναντα θεὸν, καταλλαγαῖς σου μητρικαῖς αὐτῷ οἰκείωσον.

Τὴν πηγάζουσαν ἐκάστοτε καρδίαν μου ἀμαρτημάτων ρεῦματα, ἡ πηγάσασα σωτηρίας ὑδὼρ τοῖς πιστοῖς, καθάρισον μέλπειν ἐμμελῶς· Εὐλογημένη ἡ θεὸν σαρκὶ κυήσασα.

Οὐρανὸς ἐπὶ τῆς γῆς σὺ ἐχρημάτισας τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς Ποιητοῦ, ὃν ἴκέτευε τῶν τῆς γῆς με ρύσασθαι κακῶν, καὶ μέτοχον τῶν ἐν οὐρανοῖς καταξιῶσαι ἀγαθῶν, Θεογεννήτρια.

Ὕδῃ η'.

Καὶ μὴ θέλων, ὦ τάλας, πράττω τὰ ἀτοπα συνηθεῖα δουλεύων καταδουλούσῃ με δούλοις πονηροῖς, ἐκ θεοῦ ὀλισθήσασι· Δέσποινα Παρθένε, ἐλευθέρων με δεῖξον.

Ὡς τὸν βότρυν τεκούσα τὸν ἀγεώργητον, τὸν πηγάζοντα οἶνον πᾶσι σωτήριοι, μέθη με πικρᾶ; ἀμαρτίας σκοτούμενον, Δέσποινα Παρθένε, σωφρόνησον καὶ σῶσον.

Μὴ με στήσης ἐν ὄρῳ, Δέσποτα, κρίσεως μετὰ τῶν κατακρίτων ὄντα κατάκριτον, ἀλλὰ τὸν μικρὸν στεναγμὸν μου δεξιόμενος, σῶσον με προσβελαις τῆς σῆς Μητρὸς, οἰκτίρημο.

C

Ὕδῃ θ'.

Ἐμὲ τὸν μόνον καταπατήσαντα φρενοβλαβῶς τὸν νόμον σου, Χριστέ, τὸν σωτήριοι, καὶ δεινῆ παραδάσει δουλεύσαντα, καὶ κατακεκριμένον σῶσον, οἰκτιρησον διὰ τῆς τεκούσης σε ἀγνῆς, ὡς ὑπεράγαθος.

Διμήν ἐν ζάλη μοι κινδυνεύσαντι τῶν πειρασμῶν γενοῦ, θεοχαρίτωτε Δέσποινα, καὶ παθῶν μου τὸν σάλλον πράδνον, τὸ τῶν ἀμαρτιῶν μου ξήρανον πέλαγος, ὅπως κατὰ χρέος σε ὑμῶν τὴν πολυύμνητον.

Ὅδον εὐθείαν μοι καθυπόδειξον, δι' ἧς εὐρεῖν δυνήσωμαι τὴν πύλην τὴν φόρουσαν πρὸς τὰ ἄνω, Παρθένη, βασιλεία, πρὸς τὰ τοῦ παραδείσου θεῖα σκηνώματα, πρὸς τὴν δι' αἰῶνος ἀληθῆ μακαριότητα.

... στρατὸς μαρτύρων, ὁσίων σύλλογος, ἱεραρχῶν, δικαίων, προφητῶν, ἀποστόλων τε, τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα, μετὰ τῆς σε τεκούσης ἐκδυσωποῦσί σε· Σῶσον ἡμᾶς, οἰκτιρημον, Χριστέ, ὡς πολυέλεος.

H'.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, Κανὼν η', οὗ ἡ ἀκροστιχὴς ἐστὶ· « Δέησις ἐστὶν ὀρθόθῃ τῇ Παρθένῳ. » Ἰωσήφ.

Ὕδῃ α'.

Δεδοξαμένα περὶ σοῦ λελάληται, δεδοξασμένη,

quarti plagii, et in Paracletico ms. Bibliothecæ monasterii Cryptæferratæ feria VI.

ἀγνή, ἡ τῶν πιστῶν δόξα μόνη χρηματίσασα· διὸ A
μελλούσης δόξης με κοινωνῶν σαῖς πρεσβείαις δοξά-
ζοντά σε ἀνάδειξον, ἄχραντε πανάμωμε Δέσποινα.

Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, πανάμωμε, ὁ τῆς κοιλίας
σου, δι' οὗ βροτοὶ πάντες, τῆς ἀρᾶς ἐλύθημεν, εὐλογη-
μένη πάναγνε, ἀνερμήνευτον θαῦμα, ἀκατανόητον
δραμα, πάντων τε βροτῶν τὸ διάσωμα.

Ἡ τῶν ἀγγέλων δυσωπεῖ σε, Κύριε, πληθὺς ἐκά-
στοτε, τῶν μαθητῶν δῆμος, προφητῶν ὁ σύλλογος,
μαρτύρων καὶ ὁσίων σου· διὰ τῆς Θεοτόκου, ἀμαρ-
τημάτων συγχώρησιν δώρησαι ἡμῖν, ὡς φιλόφρω-
πος.

Σὲ τὴν ἐν σπλάγχνοις δεξαμένην, ἄχραντε, τὸ φῶς
τὸ ἀστεκτον ἐκδυσωπῶ πίστει· τῆς γέννης ῥῦσαι με, B
καὶ τῆς ἀποκειμένης μοι διὰ πλῆθος πταισμάτων
κολάσεως ἐλευθέρωσον, σοῦ ταῖς εὐπροσδέκτοις δεή-
σειν.

Ὁδὴ γ'.

Ἰερᾶς πολιτείας ἀποπεσών, ἄχραντε, παρασυν-
εβλήθην τοῖς κτήνεσι καὶ κατάκριτος ὄλος γεγένημαι·
ἡ τὸν Κριτὴν τετοκυῖα πάσης, κατακρίσεως ῥῦσαι
καὶ σῶσόν με.

Στεναγμοὺς ἀνευδύτους, καὶ ψυχικὸν δάκρυον, καὶ
διηνεκῆ μοι παράσχου, κέρη, κατάνυξιν, ὅπως πεν-
θήσω μου τὰ συμφυέντα μοι πάθη ἐξ ἀπροσεξίας
μου, Θεοχαρίτωτε.

Ἐπουράναι τάξεις, λειτουργικὰ πνεύματα, δῆμος
προφητῶν, ἀποστόλων σου, καὶ μαρτύρων σου, σὺν C
τῇ τεκούσῃ σε, ἐκδυσωποῦσιν, οἰκτίρμον, τῷ λαῷ
σου δώρησαι πταισμάτων ἄφεσιν.

Συμπαιθεῖς με θείας, ὡς συμπαθῆς, ἄχραντε, νῦν
καταξιῶσαι δυσώπει τὸν εὐσυμπάθητον, τρόπους
ἀσπλάγχχνους καὶ ἀσυμπαιθεῖς κεκτημένον, μετανοίας
τρόπους με νῦν ἀνακάλεσαι.

(43) Hæc vox *immaculata*, adjuncta Dominæ no-
stræ Virgini Deiparæ, exserit omnes vires suas
et plenitudinem puritatis significat, excludens
omnem maculam sive actualem, sive originalem;
nobilius significans exclusionem maculæ originalis
in conceptione conjuncta Virgini, quam si conce-
ptioni ipsi jungatur. Indicat enim originem et fon-
tem, unde conceptioni provenit quod sit immacu-
lata et ab omni labe aliena, nempe gratiam, quæ
animæ Virginis inhæret. Virgo enim non est imma-
culata ex vi suæ conceptionis, sed ex beneficio Dei
infundentis illi gratiam, in ipso conceptionis mo-
mento. Quare (ut more scholastico loquar) hæc cau-
salis est vera: quia anima Virginis est immaculata
in momento conceptionis, conceptio ipsa est imma-
culata non e contra. Ad hæc, Virgo est immaculata
intrinsece per gratiam, et carentiam maculæ ipsi
inhærentem; conceptio vero est immaculata solum
extrinsece per denominationem a puritate quæ est in
Virgine. Conceptio enim neque intrinsece potest
habere gratiam, neque culpam, sed sancta dicitur
a sanctitate animæ, maculata vero tum ab infe-
ctione seminis ex debito et quasi radicaliter, tum
formaliter a macula inhærente animæ, quæ omnia
conceptioni ipsi extrinseca sunt. Nobiliter ergo si-
gnificatur puritas conceptionis conjungendo cum

PATROL. GR. CV.

A facta es: gloriosa dicta sunt de te: propterea, dum
te glorifico, fac me participem futuræ gloriæ inter-
cessionibus tuis, o Domina immaculata, et ab omni
labe aliena (43).

39 Carens omni macula Virgo (44), tota casta ac
benedicta, inexplicabile miraculum, incomprehen-
sibile spectaculum, omnium mortalium æsul, be-
nedictus sit fructus ventris tui, per quam nos ho-
mines universi a maledictione liberati sumus.

Turba angelorum copiosa, discipulorum con-
ventus, prophetarum, martyrum et confessorum
tuorum cœtus, te, Domine, semper precatur: per
Deiparam largire nobis peccatorum veniam, utpote
hominum amator.

Ad te, o immaculata, quæ ignem intolerabilem
intra viscera suscepisti, supplices cum fide preces
fero: a gehenna eripe me, et a supplicio, quod
propter multitudinem peccatorum meorum para-
tum est mihi, libera me acceptissimis precibus tuis.

Ode 3.

Ut a sacris vitæ institutis excidi, o immaculata,
comparatus sum jumentis, et damnatus totus factus
sum; tu quæ Judicem peperisti, ab omni danina-
tione libera me, et salva me.

Assiduam compunctionem, veros genitus, ac
lacrymas ex animo emanantes concede mihi, o
puella, ut passiones quæ mihi ex mea negligentia
inhæserunt, deslere possim, o Deo gratissima.

Digestæ per cœlum angelorum acies, admini-
stratorii spiritus, turba prophetarum, apostolorum,
ac martyrum tuorum, una cum Genitrice tua, te
suppliciter exorant, o misericors, ut populo tuo
peccatorum indulgentiam largiaris.

O immaculata, tanquam compatiens precare
illum qui maxime omnibus compatitur, ut me di-
vina compassione dignum efficiat: et cum mores
immites, et compatiendi ignaros induerim, tu me
nunc ad pœnitentiæ mores revoca.

Virgine epithetum *immaculatae*, quam si cum con-
ceptione ipsa conjungeretur. Vide Calderon,
Pro titulo immaculatae conceptionis, cap. 5, n. 197.

(44) Potuitne Virgo omni carere macula, si ori-
ginalis peccati macula non caruit? Nonne mirum
apparet, quod cum dubitet nemo Dei Matrem ac-
tuali peccato nunquam fuisse vel leviter afflatam,
esse nihilominus qui velint scdatam macula longe
turpiori? Is sanctus, impollutus, segregatus a pec-
catoribus tam procul, ut sanctitatis notas populo
sacrificiis et templo, sacerdotibus, throno, ac reli-
quis olim fabricandi sibi palatii nudis imaginibus
atque umbris ab orbe condito impresserit, hoc
ipsum palatium, nempe Matrem divinitatis corpo-
randæ, æternum augustale, cum facile posset, non
exemit, scilicet, a labe detestanda peccati nobis ab
ortu congeniti? Et in illis ab sese plurimum remo-
tis, fumique instar defecturis, ad se tamen utcum-
que spectantibus, puritatis summæ curiosus, copu-
landam sibi arctissimo omnium ac maxime intimo
ac sempiterno vinculo neglexit? Passus exsecran-
darum sordium contumeliis patere quam sibi Ma-
trem delegerat? Passus dæmoni carnem semel manci-
pari, quam deinde secum æset in perpetuum junctu-
rus? Vide Ludovic. Janinum Soc. *Jesus in Corona ar-
gustissimæ Virginis Matris Dei*, tract. 1, excellent. 7.

40 Ode 4.

A

ᾠδὴ

Tota pura, discinde pessimum peccatorum meorum chirographum divina lancea, quæ pupugit divinum latus illius, qui ex te, o Virgo, homo fieri atque inter homines versari voluit, et precare, ut ego a Deo per meam insipientiam elongatus, salvandorum libro ascribar.

Indulgentia dignum me fac, o puella, qui vehementer pecco, et in gravia delicta prolapsus sum, ut cum vocibus pſenis gratiarum actione te glorificem et cum divino affectu glorificem te, quæ excellentissimo partu tuo universos viles atque abjectos, o purissima, magnificasti.

Beatissima illibata puritate Virgo, in te naturæ eges innovantur; etenim supra naturam Verbum peperisti: propterea te cum fide precor, ut me qui supra humanam naturam multa peccavi, et a Deo elongatus sum, convertas, et salvum facias intercessionibus tuis.

Inimicus ferox, peccati jaculis totam animam meam consauciavit meumque cor sædis concupiscentiis commaculavit, atque a via recta seduxit me. Propterea clamo ad te, ut revertentem suscipias, et salves me.

Ode 5.

Maxima te semper beatitudine fruente, beatificant nunc generationes generationum: et cœlestes virtutes solam te concelebrant, o benedicta inter mulieres, atque Adami collapsi revocatio; quippe quæ inferiora cum superioribus copulaveris.

Ad hoc ut integer sanusque perseverem, nec ullo modo a meliori statu dimovear, sed recto tramite incedam, Deoque placita faciam, tu me virtute corrobora, quæ 41 Verbum bonum peperisti quod nos ab irrationalitate liberavit.

Redundantem ob misericordiæ abyssum sanguinem tuum, o Verbum, in cruce totum effudisti: ideo exsiccata passionum mearum abyssum, et dignum me fac mediante Deipara, ut cum compunctione tibi Deo placere et gratus esse possim.

Ode 6.

Invenit per te misericordiam humana natura; etenim misericordem Dominum peperisti, o miseratrix ac tota pura: unde tibi supplico, miserere animæ meæ.

Acies incorporeorum spirituum exorant te, o Christe, simulque martyrum, prophetarum, et apostolorum cœtus: per Genitricem tuam salvum fac populum tuum ab omni circumstante calamitate.

Calloris nescia terra, quæ agricolam peperisti, omniumque Creatorem, sylvescentem passionibus animam meam, fructiferam redde, mediante divina scientia.

Ad Deum me deducens præcepta transgressus sum, et sponte pessimis passionibus servus factus

Τὸ πονηρὸν ἁμαρτιῶν μου χειρόγραφον θείᾳ λόγῃ, πάναγνε, διάρρηξον τῇ κεντησάσῃ θείαν πλευρὰν τοῦ ἐνανθρωπίσαι ἐκ σοῦ, Παρθένε, θελήσαντος, καὶ βίβλω με γραφῆναι σωζομένον δυσώπει, τὸν ἀφρόνως Θεοῦ μακρυνόμενον.

Ἵνα φωναῖς χαριστηρίοις δοξάζω σε, Ἵνα θείῳ ᾄθῳ μεγαλύνω σε, τὴν τῷ μεγίστῳ σου τοκετῷ πάντα μικρυνθέντας, πανάμωμε, μεγαλύνασαν, μέγਾਲως ἁμαρτιῶντα καὶ δεινῶς συμπτωθέντα συγχωρήσεως, κόρη, ἀξίωσον.

Νόμοι ἐν σοὶ κεκαινοτέμηνται φύσεως· ὑπὲρ φύσιν Λόγον γὰρ ἐκύησας· διό σε πίστει ἐκδυσωπῶ τὸν ὑπὲρ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, πανάμωμε, πολλὰ ἡμαρτηκότα, καὶ Θεοῦ μακρυνθέντα, ἐπιστρέφαντα σῶσον πρεσβείαις σου.

Ὁ δυσμενῆς τῆς ἁμαρτίας τοῖς βέλεσι τὴν ψυχὴν μου ὀλην ἐτραυμάτισε, καὶ κατεπόλυνεν ἡδοναῖς τὴν ἐμὴν καρδίαν, καὶ τῆς ὁδοῦ ἀπεκλάνησε, Παρθένε, τῆς εὐθείας· διὰ τοῦτο βοῶ σοι, Ἐπιστρέφοντα δέξαι καὶ σῶσόν με.

ᾠδὴ ε'.

Γενεαὶ γενεῶν σε τὴν ἀειμακάριστον· νῦν μακαρίζουσιν· οὐρανῶν δυνάμεις, ὡς τὰ κάτω τοῖς ἄνω συνάψασαν, φύφημοῦσι μόνην, ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, τοῦ πεσόντος Ἀδάμ ἢ ἀνάκλησις.

Διαμένειν με σῶον, μὴ περιτρεπόμενον στάσεως κρείττονος, ἀλλ' εὐθυποροῦντα, καὶ Θεῷ τὰ εὐάρεστα πράττοντα, ἐνδυνάμωσόν με, τὸν ἀγαθὸν τεκοῦσα Λόγον τὸν ἡμᾶς ἀνοίας ρυσάμενον.

Ὁ τὸ αἷμά σου, Λόγε, διὰ ὑπερβάλλουσαν ἐλέους ἄδυσσον ἐν σταυρῷ κενώσας, τῶν παθῶν μου τὴν ἄδυσσον ξήρανον, καὶ ἐγκαταρύξει σοι τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι διὰ τῆς Θεοτόκου ἀξίωσον.

ᾠδὴ ς'.

Ἠλέηται διὰ σοῦ ἡ φύσις τῆς ἀνθρωπότητος· τὸν ἐλεῆμονα γὰρ ἐκύησας Κύριον, ἐλεῆμον πάναγνε· ὅθεν δυσωπῶ σε, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐλέησον.

Τῶν ἀσωμάτων, Χριστὲ, τὰ τάγματα δυσωποῦσί σε, μαρτύρων τε, προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων σου· διὰ τῆς τεκούσης σε, τὸν λαόν σου σῶζε ἀπὸ πάσης περιστάσεως.

Ἡ ἀγεώργητος γῆ τὸν γεωργὸν ἢ κυήσασα, καὶ πάντων Δημιουργὸν, τὴν ὕλομανήσασαν ψυχὴν μου τοῖς πάθεσι, δεῖξον καρποφόρον διὰ τῆς θείας ἐπιγνώσεως.

Παρέβην τὰς ἐντολὰς τὰς πρὸς Θεὸν ὀδηγούσας με, καὶ θέλων τοῖς πονηροῖς δεδούλωμαι πάθεσι· διό

ἴκετεύω σε τῆς αὐτῶν με ῥῦσαι δεσποτίας, Ἄει-
πάρθενε.

Ὁδὴ ζ'.

Ἀρρήτην κυήσει σου, φρικτῶν ἀρρήτων ἡμᾶς
ἠξίωσας, Θεοτόκε, πραγμάτων· διὸ φρικτῆς με ῥῦ-
σαι κολάσεως, καὶ τῆς ἀρρήτου χαρᾶς καταξίωσον,
ἵνα ὑμῶ σε ἀεὶ τὴν πολυμήνητον.

Ῥαθύμως τὸν βίον μου ἐκδαπάνησας, ἀκαρπος
ἔμεινα, καὶ πτοοῦμαι τὴν δίκην καὶ τῆς γεέννης τὸ
πῦρ τὸ ἀσβεστον· ἢ πῦρ τεκούσα, Παρθένε, τὸ ἀστε-
κτον, πρόσθηθι ῥῦσαί με πυρὸς τῆ μεσιτείας σου.

Θαυμάτων ἐπέκεινα τὸ μέγα θαῦμα τῆς σῆς κυή-
σεως· διὰ τοῦτο βοῶ σοι· Ἀγνή Παρθένε, Θεογεννή-
τρια, τὰ σὰ ἐλέη ἐπ' ἐμοὶ θαυμάστωσον, καὶ τῆς
μελλούσης ὀργῆς ῥῦσαι καὶ σῶσόν με.

Ἐμὲ τὸν βιώσαντα ἐν ἀμελείᾳ καὶ παραβλέψαντα
τοὺς ἀγίους σου νόμους, καὶ τὰ σεπτὰ σου, Σῦτερ,
ἐντάλματα, οἴκτειρον, σῶσον διὰ τῆς τεκούσης σε,
ὡς εὐεργέτης Θεός καὶ πολυέλεος.

Ὁδὴ η'.

Νενεκρωμένην ζώωσον, συμπτωθεῖσαν ἀνάστησον,
τετραυματισμένην τὴν ψυχὴν μου ἴασαι, τὸν νοῦν μου
εἰρηνεύσον, τῶν πειρασμῶν τὰ κύματα πράυνον,
Παρθένε, καὶ βοῶντά με σῶσον· Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε
ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε· λαός, ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς
αἰῶνας.

Ὡς ὁ ληστής κραυγάζω σοι· Μνήσθητί μου, φι-
λάνθρωπε· κλαίω ὡς ἡ πόρνη, καὶ βοῶ σοι· Ἠμαρ-
τον, ὡς πάλαι ὁ ἄσωτος. Μετανοοῦντα δέξαι με τὸν
ἀπεγνωσμένον, διὰ τῆς Θεοτόκου, προθύμως ἵνα
μέλπω· Ἱερεῖς, εὐλογεῖτε· λαός, ὑπερυψοῦτε Χριστὸν
εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἰκετικῶς βοῶμέν σοι, Θεοτόκε πανύμνητε, μετὰ
τῶν ἀπείρων νοερῶν δυνάμεων, μαρτύρων, ὁσίων
τε, καὶ ἀποστόλων, καὶ προφητῶν· ποιήσον πρε-
σβείαν ὑπὲρ πάντων τῶν πιστῶν ἐν Θεῷ μελιρδούντων·
Ἱερεῖς, εὐλογεῖτε· λαός, ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς
αἰῶνας.

Ὁδὴ θ'.

Ἢ θέλα κλίην Σολομῶντος, ἣν κυκλοῦσι δυνατοὶ
νῦν ἐξήκοντα, ῥήσεις τῆς θέλας Γραφῆς ἐν ᾗ ὁ
Λόγος ἐπανεπαύσατο· ταῖς μυριάσι με ἀεὶ δαιμόνων
κλονούμενον, ἀτρωτον φύλαξον τῆ δυνάμει σου, ἀγνή
ἀειπάρθενε.

Στάζουσα θεῖον γλυκασμὸν, τὸν ἀπάντων γλυκα-
σμὸν ἡ κυήσασα, ἰψὸν τοῦ ὄφους τὴν φαρμαχθεῖσαν
ψυχὴν μου γλύκανον· ἀλλοτριούσά με πικρᾶς ἀμαρ-
τίας πάντοτε τῆ μεσιτείας σου, προστασία τῶν πιστῶν
ἀκαταίσχυντε.

Ἦλιε δόξης, Ἰησοῦ, τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν φωτ-
αγώγησον ταῖς παρακλήσεσι τῆς σε τεκούσης
ἀγνῆς θεόπαιδος, τῶν ἀσωμάτων λειτουργῶν, σεπτῶν

A sum : propterea te supplex oro, o Virgo perpetua,
ut me ab earum imperio liberare digneris.

Ode 7.

Inenarrabili partu tuo, o Deipara, dii os fe-
cisti nos rebus ineffabilibus atque horrore et re-
verentia plenis : quamobrem ab horribili supple-
cio libera me ; atque ineffabili gaudio dignum me
fac, ut laudem te semper plurimis laudibus di-
gnam.

Totam vitam meam per summam socordiam ab-
sumpsi, atque sine ullo fructu permansi, et iudicium
formido, ac gehennæ 42 ignem inexstinguibilem, o
Virgo, quæ ignem intolerabilem peperisti, patrona
mibi adesto ut liberes me ab igne, intercessione
tua.

B Ingens miraculum partus tui, miracula universa
transcendit : ideo clamo ad te : O casta Virgo ac Dei
mater, mirifica in me misericordias tuas, et ab ira
futura libera, et salva me.

Cum vitam meam in incuria ac negligentia trans-
egerim, sanctasque leges tuas, et veneranda præce-
pta tua transgressus fuerim, miserere mei ac salva
me, o Salvator, per Genitricem tuam, tanquam
Deus beneficus, ac multæ misericordiæ plenus.

Ode 8.

Animam meam peremptam, vivifica, o Virgo :
prolapsam erige, sauciatam cura ; mentem meam
pacifica ; tentationum fluctus concitatos tranquilla,
et salvum me fac clamantem : Benedicite, pueri ;
sacerdotes, laudate ; populi, superexaltate Christum
in sæcula.

Instar latronis clamo ad te : Memento mei, o
amator hominum ; tanquam meretrix fleo ; et tan-
quam antiquus ille prodigus luxuriosus exclamo :
Peccavi. Tu me poenitentem ac desperatum sus-
cipe per Deiparam, ut alacri promptoque animo
eamam : Benedicite, sacerdotes ; populi, superexal-
tate Christum in sæcula.

O Deipara omni laude dignissima, suppliciter ad
te clamamus cum innumeris intellectualibus po-
testatibus, cum martyribus, confessoribus, apo-
stolis ac prophetis ; intercede pro omnibus qui cum
fide divinitus canunt : Benedicite, sacerdotes ; po-
puli, superexaltate Christum in sæcula.

43 Ode 9.

Salomonis divine lectule, quem nunc sexaginta
potentes ambiunt, id est divinarum Scripturarum
verba ; in quo Verbum requievit : me a dæmonum
myriadibus assidue exagitatam, conserva sine vul-
nere, virtute tua, o castissima semper Virgo.

Effundens divinam dulcedinem, quæ omnium
dulcedinem peperisti, animam meam serpentis
veneno infectam dulcore tuo perfunde ; semper me
ab amaritudine peccati alienum efficiens mediatione
tua, o patrocinium fidelium, quod pudore non
suffunditur.

Perfunde lumine tuo infelicem animam meam, o
Jesu sol gloriæ, intercessionibus illius castissimæ
divinæ puellæ, quæ peperit te : itemque incorporeo-

rum ministrorum, venerandorum apostolorum tuorum, hierarcharum, prophetarum, et martyrum gloriosissimorum, confessorumque tuorum.

Horresco, o sole rex, ac vehementer formido secundum adventum tuum, cum sim totus damnatus, et auxilio consilioque destitutus; propterea antequam finis adveniat, ad te clamo, o Domine: Per cam quæ te genuit, parce mihi, et salva me, misericors, bone et amator hominum.

44 IX.

In sanctissimam Deiparam Canon IX (45) Paracleticus.

Ode 1.

O sanctissima, tota immaculata (46) et pura, quæ Verbum Dei omni sanctitate superius, supra naturæ modum genuisti, omnes sanctifica, et gubernas, atque a passionibus emunda, et ab ingruenti periculo quantocius libera.

Theotocion.

O patrocinium omnium fidelium, assiste, et auxiliare mihi a molestis vitæ circumvento, neque permittas me fluctibus illius immodicis agitari, ac contereri; sed extende auxilii tui manum, te precor, o puella.

Ode 3.

O fons pure, ex quo Christus emanavit, irriga animam meam, quæ omnium passionum æstu aduritur, et ab ingruentibus molestiis salva me.

Theotocion.

O Virgo pura, patrocinium omnium, quod non confunditur, protege me, et libera me ab operibus confusionis, te precor, et ab hominibus qui semper student inferre malum mihi.

45 Ode 4.

Deprecor, o Domina, bonitatem tuam, auxiliare mihi, dum tribulationes, et tentationes invadunt me, et gravissima tempestate exagitant cor meum.

Theotocion.

Ne despicias me tempestate jactatam; ne derelinquas me calamitatibus circumdatum et assidue attritum, o Deipara, auxilium fidelium.

(45) Græca desunt. Ebrt. — Hic Josephi canon non solum est in S. Deiparam, sed etiam in Michaelen principem celestis militiæ, et sanctos Acyndinos sanctumque Nicolaum. Quæ vero in eo erant non pertinentia ad B. Virginem, cum huc non facerent, consulto omissa sunt. Desumptus est autem ex quodam ms. bibliothecæ Cryptæ Ferratæ sub numero 93, cujus titulus est: *Canones Anastasimi et Stauroanastasimi et Anabuthmi Octæchorum Echus primus*, in quo libro sunt plures alii canones ejusdem Josephi, ex quibus Theotocia superius adduxi.

(46) Totalis B. Virginis immaculatio non potest cum aliqua macula bene coherere, quocumque instanti vel tempore sit hæc macula contracta, atque ideo obnixè et necessario tenendum S. Josephum, dum Deiparam totam immaculatam salutavit, illam nullius peccati macula, etiam in primo instanti, fuisse delurpatam credidisse.

(47) Quid est Deiparam esse immaculatissimam,

A. ἀποστόλων σου, ἱεραρχῶν, προφητῶν, καὶ μαρτύρων εὐκλεῶν, καὶ δόσιων σου.

Φρίττω σου, μόνε βασιλεῦ, τὴν δευτέραν παρουσίαν καὶ δέδοικα, ὅλος κατάκριτος ἠπορημένος ὑπάρχων, Κύριε· διὰ πρὸς τέλος σοὶ βῶω· διὰ τῆς τεκούσης σε, φείσαι καὶ σῶσον με, ἐλεῆμον, ἀγαθὲ, καὶ φιλόανθρωπε.

Ode 5.

Ab horrenda disquisitione, ac damnatione, ab hominibus iniquis, qui gratis conturbant me, atque ab omni angustia quæ me invadit, libera me servum tuum inutilem, tibi, o castissima, ferventi affectu supplicansem.

Theotocion.

Concede mihi, Domina, imbres lacrymarum quibus abluantur sordes miseri cordis mei, et ab ingruentibus periculis libera me, ut semper te magnificem cum lætitia, o Deo charissima.

Ode 8.

Tanquam ea quæ divinam pluviam suscepisti, desicca intercessionibus tuis flumina delictorum meorum, et tentationum imbres imminue, et salva me.

Theotocion.

O Domina pura, quæ cælos excedis amplitudine, libera 46 nos supplices tuos ab omni angustia; et in tribulatione consolare omnes dilatatione bona, ut te debitis laudibus beatificemus.

Ode 9. †

O Domina Virgo, eripe me a luto peccati, in eodem infixum; et periclitantem libera a tentationibus adversariorum ac malorum hominum, qui gratis conturbant me, et graviter me invadunt.

Theotocion.

Tu quæ lucis es habitaculum, o immaculatissima (47); animæ meæ tenebras et tentationum nebulos celeriter expelle, et a malis ingruentibus salva me, precor, dum te fideliter collaudo.

nisi ipsam privilegio singularissimo ac prærogativa omnes per generationem naturalem ab Adamo descendentes in munditia, puritate, et carentia cujuscunque maculæ superasse? Admissa autem in B. Virgine macula peccati originalis, plures ex posteris Adæ, quoad peccati carentiam in munditia, et puritate, a B. Virgine non superarentur: nam omnes infantes innocentes, qui post baptismum moriuntur, antequam ad usum rationis perveniant, quotquot etiam adulti perfecti judicii ac rationis expertes, totum vitæ suæ stadium percurrerunt, modo a peccato originali lavacro regenerationis mudentur, essent æque immaculati ac Virgo beatissima; sunt enim pares quoad peccati actualis carentiam, nec beatissima Virgo ab ipsis in immunitate a labe originali dissideret. Unde deducitur B. Virginem quoad peccati impuritatem reliquis ab Adamo descendentes speciali privilegio non præstare, nec vere a S. Josepho et aliis passim Patribus salutari immaculatissimam.

ΘΕΟΤΟΚΙΑ

H

ΕΙΣ ΤΗΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ ΣΤΡΟΦΑΙ

Ἐκ τῶν Μηναίων τῆς Ἑλληνικῆς Ἐκκλησίας.

47 THEOTOCIA (48),

SEU

DEIPARÆ STROPHÆ

Ex Menæis Græcorum (49).

ΜΗΝ ΙΑΝΟΥΑΡΙΟΣ.

*Ἐκ τοῦ Κατόντος ἐν προορτίῳ τῶν Φώτων, καὶ μνήμῃ τοῦ Σιλδέστρου, πάπα Γώμης, ἡμέρα β'.**Ἵνα τοὺς κάτω τοῖς ἄνω συνάψειεν, ὁ μόνος πάντων Θεὸς μήτραν ἀπειρόγαμον ὑπέδου, καὶ σαρκὸς φανεὶς ἐν ὁμοιώματι, τῆς ἄχθρας τὸ μεσότοιχον*

(48) Hæc S. Josephi de Deipara Virgine Theotocia ex Menæis Græcorum impressis, ex Menæis mss. bibliothecæ monasterii Cryptæ Ferratæ, et ex pluribus Græce manuscriptis codicibus celeberrimæ bibliothecæ Barberinæ, in quibus multi exstant sub nostri Josephi nomine canones qui in Menæis Græcæ tantum impressis desiderantur; decerpit, ac e Græco in Latinum sermonem transtulit P. Ludovicus Marzanius, frater meus. — Scire debet lector fere omnes Græcorum canones, hymnos et odas, de sanctis quibuslibet scriptos, cum insigni aliqua ad Deiparam apostrophe claudi. Has Græci clausulas hymnorum suorum, *Theotocia* nominant, quasi dicas Deiparæ strophas. Alii scribunt *Theotochia* non recte, cum apud Græcos non sit X, sed K. Cum autem Josephus noster innumeros fere de sanctis canones, hymnos et odas composuerit, infinita prope virginearum inde laudum seges exerescit, quam per omnes pene Menæorum paginas sparsam, ad ingrendos fovendosque teneros erga magnam Dei Matrem affectus, hoc loco collectam lectori exhibeo.

(49) Menæa nihil aliud sunt quam duodecim non exigui codices Ecclesiæ Græcæ quibus continentur per singulos singulorum mensium dies variæ Dei, Deiparæ, ac sanctorum laudes, in templis Græcorum sub divinis Officiis decantari consuetæ; et in lingua Romana hos duodecim Menæorum tomos non incommode libros menstruales appellandos censet P. Simon Vuagnereck in *Mariana Pietate Græcorum* in Prolegomenis, n. 9, velut et Plautus in *Captivis*, *menstruales epulas* dixit. Hi autem duodecim tomi, manuscripti a Græcis Venetias missi, ante annos circiter quinquaginta ibidem Græce solum excusi sunt, ad commodiorem templorum Græciæ usum: tam tum e in ipsis etiam Græcis pervetustus ille manuscriptorum codicum squalor esse tædio cæperat: plus undique blandientibus Latine Ecclesiæ libris arte typographica cultis. De his Menæis loquens Leo Allatus in suo opere *De libris Eccles.*

A

MENSIS JANUARIUS.

*Ex canone in pervigilia Epiphaniæ, et sanctum Syvestrum, papam Romanum, die 2.**Ut inferiores superioribus ac cælestibus conjungeret solus omnium Deus, virginalem uterum ingressus est, cumque in similitudine carnis appa-*

Græc. Dissert. 1, pag. 78, ait inter alia: Menses singuli singula explent volumina, singulis diebus unius vel plurium sanctorum Officium, quorum solemnitas eo die celebratur, digeritur. Troparia scilicet in primis et secundis Vesperis, Missa et Canones in Matutino, aliisque divinis Officiis recitandis, inter quos Synaxaria, rerum nempe gestarum ab illis sanctis, quorum dies agitur, succincta oratio: aliorum item sanctorum, licet eorum Officium peculiare non habeatur, eaque vel prosa vel carmine commemoratio, sic a mense Menæa appellantur. Ea plerique in rebus ecclesiasticis minus accurati cum Menologiis confundunt, quæ omnino diversa esse manifestum est. Menologia enim (ut idem Leo infra subdit) non alia sunt, quam quæ Latinus Martyrologia vel Kalendaria dixerit, nec aliud in illis habetur, nisi vel sanctorum Vitæ, quolibet die per totum annum summam expositæ, vel quorum vitæ non habetur, commemoratio, nullaque ibi aut Officii ordiandi aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissime Menologiorum horum partem, eamque non minimam in Menæis inter canones post odam sextam esse digestam, ut sine alterius libri ope, qui officium in ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrandorum sanctorum historiolas, et commemorationes legat. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit: aliud quippe est quod nobis Latine tantum ex versione cardinalis Sirleti Canisius in *Antiquis Lectionibus* representavit: aliud quod separatim hinc inde manuscriptum adhuc in bibliothecis, et Barberina potissimum, quod et antiquissimum est, asservatur, quæ nec omnia sibi invicem respondent: aliud quod in Menæis Græcorum insertum est: aliud quod post divinas Horas, Evangelium, Apostolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, et in linguam Græcorum vernaculam versum a Maximo Margunio,

risset, intermedio inimicitiae pariete sublato, pacem interposuit; vitamque ac divinam redemptionem largitus est.

Virgo casta post partum permansisti, o sanctissima; Deum enim Verbum genuisti similem nobis factum, sine peccato.

Sana vulnera cordis mei, o puella; et motus animae meae recto ac felici tramite dirige, o Virgo, ad Dei voluntatem faciendam.

Salve, o unica Genitrix illius, qui carnem... emendicavit; salve, collapsi mundi erectio, o immaculatissima; salve, mœroris dissolutio; salve, salus fidelium; salve, throne Dei altissime.

Mente revolventes diviniloqui prophetæ, mysterii tui profunditatem, o Virgo, propheticè prænuñtiaverunt illud, **48** divino Spiritu illustrati: nos vero cum illorum vaticinia opere completa nunc læti intueamur, credimus.

O puella, omnibus miraculis admirabilior, illum genuisti, qui est ante omnia sæcula, nobis similem factum propter summam misericordiam suam, ut salvos faceret eos, qui canunt: Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Divinis verbis tuis hominum generationes inherentes, beatam te dicunt, o semper beatissima, suaviter concinentes: Benedicite, omnia opera, Dominum.

O Virgo, honorum amatrix, bonam effice animam meam, peccati malitia depravatam; tu enim bonum Deum ac Dominum peperisti.

Ex Canone in pervigiliis Luminum, seu Epiphania, die 3.

O miraculorum miraculum! Quomodo Deus noster, qui est superior omni creatura, creatur et plasmatur ex Dei Matre; et voluntate sua renovat et plasmatur iterum nos ex aqua, et spiritu solus beneficis plasmatione maxime admirabilis?

Horrescunt cherubim, atque universa coelestis natura ob reverentiam venerandæ prolis tuæ incomprehensibilis, o immaculatissima, quæ similis facta est nobis propter ineffabilem misericordiam suam, et secundum carnem baptizata est; cujus divinam apparitionem nunc omnes exultantes celebramus.

Ex Canone in sanctos septuaginta apostolos, die 4.

Divinum regis palatium honoremus, in quo, quemadmodum ipse voluit, habitavit; in nuptiam ac solam Deiparam, per quam deificati sumus, colaudemus.

49 Casta ante partum, in partu, et post partum vere, o Virgo Mater, apparuisti: Deum enim peperisti, quem apostolorum collegium manifeste prædicavit.

Beatissimus olim prophetarum chorus sacris va-

Cytherorum episcopo, edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529, in 4. Cum autem in Menæis, de quibus diximus, plurimi sparsim in quolibet mense exstent sub Josephi nostri nomine de sanctorum

A ἑλὼν, εἰρήνην ἐμεσίτευσε, καὶ ζωὴν ἐβράδευσε, καὶ θείαν ἀπολύτρωσιν.

Παρθένος ἀγνή μετὰ τὴν κύησιν, παναγία, διέμεινας· Θεὸν Λόγον γὰρ ἐγέννησας ἡμῖν ὁμοιωθέντα, χωρὶς ἁμαρτίας.

Ἰασαί μου τὰ τραύματα, κόρη, τῆς καρδίας, καὶ κατευόδωσον τῆς ψυχῆς μου τὰ κινήματα εἰς Θεοῦ, Παρθένε, τὰ θελήματα.

Χαῖρε, μόνη τεκοῦσα τὸν... σάρκα πτωχεύσαντα, χαῖρε, τοῦ πεσόντος ἐπανόρθωσις κόσμου, πανάμωμος· χαῖρε, λύπης λύσις· χαῖρε, πιστῶν ἡ σωτηρία· χαῖρε, θρόνε Θεοῦ ὑψηλότατε.

B Νοήσαντες θεηγόροι προφητῶν σου, Παρθένε, τὸ βάθος προφητικῶς προκατήγγειλαν τοῦτο, φωταγωγοῦμενοι θεῷ ἐν Πνεύματι· καὶ νῦν ἡμεῖς περιχαρῶς τὰς ἐμφάσεις ὁρῶντες πιστεύομεν.

Ἵπερθαύμαστε κόρη, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων ἐκυφόρησας ἡμῖν ὁμοιωθέντα, δι' ἄκραν εὐσπλαγχνίαν, ἵνα σώσῃ τοὺς ψάλλοντάς· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ῥήμασί σου θεοὶς γενεαὶ ἐπόμεναι αἱ τῶν ἀνθρώπων μακαρίζομέν σε τὴν ἀειμακάριστον, καὶ μελωδοῦμεν· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

C Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκακωμένην τῇ ἁμαρτίᾳ ψυχὴν μου ἀγάθυνον· τὸν ἀγαθὸν ἢ τεκοῦσα Θεὸν καὶ Κύριον·

Ἐκ τοῦ Κανόνος ἐν προσοδείᾳ τῶν Φώτων, ἡμέρα γ'.

Ὁ θαῦμα θαυμάτων! Πῶς ὁ πάσης ἐπέκεινα κτίσεως Θεὸς ἡμῶν κτίζεται καὶ πλάττεται ἐκ τῆς Θεομήτορος, καὶ καινουργεῖ θελήματι καὶ ἀναπλάττει ἡμᾶς, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος πλάσιν θαυμασιωτάτην, ὁ μόνος εὐεργέτης;

Φρίττει χερουβὶμ καὶ πᾶσα οὐράνιος φύσις, πανάμωμε, τὸν ὑπὲρ κατάληψιν σεπτὸν σοῦ τόκον ὁμοιωθέντα ἡμῖν, δι' εὐσπλαγχνίαν ἄφατον, καὶ βαπτισθέντα σαρκί, οὗ τὴν θείαν πάντας ἐπιφάνειαν ἑορτάζομεν νῦν ἀγαλλόμενοι.

D *Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους ἑβδομήκοντα ἰαποστόλους, ἡμέρα δ'.*

Τὸ θεῖον παλάτιον τοῦ βασιλέως τιμήσωμεν, ἐν ᾧ κατεσχῆνωσε, καθὼς ἠθέλησε· τὴν ἀπειρανδρον καὶ μόνην Θεοτόκον, δι' ἧς ἐθεώθημεν, ὑμνολογήσωμεν.

Ἄγνή πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τόκῳ, καὶ μετὰ τόκον ἀληθῶς, Παρθενομήτορ, πέφνησας· Θεὸν γὰρ ἀπεκύησας, ὃν ἀποστόλων σύλλογος περιφανῶς ἀνεκήρυξεν.

Σὲ μακαριώτατος πάλαι χορὸς τῶν προφητευόντων

laudibus canones, ex his omnia, quæ ad Deiparam spectabant, decerpta, nunc piorum oculis sese offerunt legenda

εν Πνεύματι θεηγορίαις Ιεραῖς θεοπρεπῶς κατονομά-
ζαι, πάναγνε, πύλην καὶ ὄρος κατὰ σκίον.

Τὰ ὄμματα φώτισον, Παρθένε, τῆς καρδίας μου,
λάμψον μοι ἀκτίνα μετανοίας, σκότους με ῥῦσαι διαιω-
νίζοντος, πύλη τοῦ φωτός, Χριστιανῶν πάντων τὸ
προσφύγιον τῶν πιστῶς ἀνυμνούντων σε.

Ἵμνῶ σε, μόνη πανύμνητε· δοξάζω σε, ἀεὶ θεοδό-
ξαστε, καὶ μακαρίζω σε ἣν γενεαὶ μακαρίζουσι τῶν
γενεῶν, Παρθένε θεομακάριστε.

Ἰλαστήριον, πανάμωμε, γεγένησαι ἀμαρτανόν-
των ἀεὶ, τεκοῦσα ὑπερφυῶς τοῦ κόσμου τὸν ἀφροντα
τὴν ἀμαρτίαν Χριστὸν, ᾧ κραυγάζομεν· Ὁ τῶν πα-
τέρων Κύριος καὶ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ὁ θαῦμα ἐπέκεινα θαυμάτων! Πῶς τίκεις καὶ
μένεις παρθελεύουσα, πάναγνε θεόνυμφε; Λόγον
γὰρ ἐγέννησας τὸν τῷ Πατρὶ συνάναρχον, ᾧ πάντες
ψάλλομεν· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερ-
ψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φέγγος ἀστραπῆς τοῦ τόκου σου ἔλαμψε καὶ κατ-
εφαῖδρυνε πᾶσαν τὴν ὑφήλιον, καὶ τὸν προστατήν τοῦ
σκότους ὠλεσε, Θεογεννητορ πάναγνε, ἀγγέλων καύ-
χημα, καὶ ἀνθρώπων πάντων τὸ διάσωμα, τῶν
ἀπαύστοις φωναῖς εὐφημούντων σε.

*Ἐκ τοῦ Κανόνα εἰς τὴν ὁσίαν μητέρα ἡμῶν Δο-
μνίκαν, ἡμέρα η'.*

Καὶ πρὸ τόκου ἀφθορος, ἀγνή, καὶ μετὰ τὴν κῆ-
σιν Μήτηρ Θεοῦ, ὑπερφυῶς διέμεινας· ὅθεν σε πο-
θήσασα θεῖῳ Πνεύματι ἡ Δομνίκα, ὀπίσω σου ἀφθο-
ρος προσήχθη τῷ παμβασιλεῖ Υἱῷ σου, ἀχραντε.

Δυνάμωσον, πανάχραντε, τὸ ἀσθενές μου, Δέ-
σποινα, δύναμιν τὴν τοῦ Ἵψίστου τέξασα, τὴν τὸ εἶναι
πᾶσι προσέχουσαν, καὶ Δομνίκας τὴν μνήμην μεγα-
λύνσαν.

Νεκρώσεως τοὺς χιτῶνας Ἀδὰμ ἐξεδύσατο τῇ θεῖᾳ
γεννήσει σου, καὶ τὴν στολήν ἡμφιάσατο, μόνος ἦν
ἐξύφανεν ἐν τῇ γαστρὶ σου ὁ Λόγος σωματούμενος.

Ἄγιον Κύριον, Κυριοτόκε, τοῦ παντός τέτοκας,
ὃν ἐκ ψυχῆς Δομνίκα ποθοῦσα, παθῶν φθοροποιῶν
κατακυριεύει, Παρθένε, ὑμνοῦσα σε.

Δι' ἐμὲ, κατ' ἐμὲ ἐχρημάτισε βρέφος ὁ παντέ-
λειος, ἀνακαινίζων με παλαιωθέντα πάθει, διὰ
σοῦ, παναγία θεόνυμφε.

Ἰσχύς μου, καὶ ὑμνησίς, καὶ σωτηρία ὑπάρχει ὁ
Κύριος, ὃς σε Μητέρα πάναγνον καὶ νύμφην ἀνύμφευ-
τον προεκληξάμενος, ὃν ὑπὲρ τῶν δούλων σου ἀεὶ μὴ
διαλίπης πρεσβεύειν, ἀχραντε.

Ὁ ὑπερούσιος Θεὸς οὐσιούται δι' ἡμᾶς ἐκ τῶν σῶν
σπλάγχχνων, τὴν φθαρεῖσαν οὐσίαν ἀνακαινίσαι ζη-
τῶν, δι' οἴκτον, Παρθένε, καὶ ἔλεον, ὁ δεδοξασμένος
εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φείσαι μου, Κύριε, φείσαι, ὅταν μέλλης με κρίναι,

A ticipiis in Spiritu divinitus te, o castissima, por-
tam, et montem umbrosum non inavit.

Illumina, o Virgo, oculos cordis mei, effulge su-
per me pœnitentiæ radio; a tenebris perennantibus
libera me, o porta lucis, refugium omnium Chri-
stianorum te fideliter laudantium.

Laudo te, o sola digna omni laude: glorifico te,
o semper a Deo glorificatissima; et beatifico te, o
Virgo divina beatitudine felicissima, quam gen-
erationes generationum beatam appellant.

Expiatorium facta es, o purissima, eorum qui
assidue delinquant, supra naturæ ordinem equia
Christum, qui tollit peccatum mundi, ad quem
clamamus: Dominus ac Deus patrum, benedi-
ctus es.

B O miraculum, quod omnia miracula transtendit! Quomodo paris, et permanes Virgo, o castissima sponsa Dei? Nimirum Verbum Patri coæternum genuisti, cui omnes psallimus: Laudate, omnia opera, et superexaltate Dominum in omnia sæcula.

Jubar fulgoris partus tui effulsit, atque univ-
ersum terrarum orbem lætissimo lumine perfudit, et
tenebrarum principem perdidit, o Dei Genitrix ca-
stissima, angelorum gloriatio, atque omnium ho-
mianni salus, qui incessantibus vocibus te concelebrant.

*Ex Canone in sanctam Matrem nostram Do-
mnicam, die 8.*

C Ante partum incorrupta, etiam post partum Virgo permansisti supra naturæ ordinem, o Dei Mater. Quamobrem 50 Domnica te in Spiritu sancto desiderans, post te incorrupta adducta est, o inviolata, regi omnium Filio tuo.

Corroborata, o intemeratissima Domina, infirmitatem meam, tu quæ virtutem Altissimi peperisti, quæ omnibus dat esse, et Domnicæ memoriam magnificat.

Tunica mortalitatis exiit Adamus, divino partu tuo, et induit se stola, quam incarnatum Verbum solum in utero tuo contexit.

D Sanctum omnium Dominum peperisti, o Domini-para, quem ex animo Domnica concupiscens, passionum mortiferarum dominatur, te, o Virgo, collaudans.

Propter me factus est similis mei infans ille, qui est perfectissimus, ut me passionibus inveteratum renovaret per te, o sanctissima Dei sponsa.

Fortitudo mea, et laus et salus mea est Dominus, qui te Matrem intaminatissimam, et sponsam in-
nuptiam elegit; apud quem ne prætermittas assidue pro servis tuis intercedere, o inviolata.

Supersubstantialis Deus fit substantia propter nos ex visceribus tuis, substantiam corruptam redintegrare cupiens, o Virgo, propter suam misericordiam, et pietatem, qui est gloriosus in omnia sæcula.

Parce mihi, Domine, parce cum veneris ad judi-

candum me, et ne me. condemnes ad ignem, ne in ira tua arguas me; precatur te Virgo, quæ peperit te, o Christe, una cum angelorum turbis, atque ordinibus sanctorum.

Ex Canone in SS. Hermylum et Stratonicum MM. die 13.

Dominus, qui a nulla creatura capi aut contineri potest, in te, Domina, continetur, propter suam misericordiam **51** factus homo, ut homines per ineffabilem humanitatem ac benignitatem salvos faciat.

O sanctissima, quæ sanctissimum Verbum peperisti, sanctifica animas et corpora nostra, dum te omni laude dignissimam beatificamus.

Renovat humanam naturam novus infans, Dominus, qui est ante sæcula, apparens ex Virgine, factus homo. Illi concinamus: Gloria, Domine, potentiae tuæ.

Deum supra omnem sermonis mentisque conceptum genuisti, et qualis fueras ante partum, post partum etiam permansisti virgo, o casta Deo charissima.

Passionum carnis meæ fluctus, te precor, o puella, fac quiescere, ac veluti obdormire, semper vigilantibus intercessionibus tuis; neque sinas me in profundissimum peccati somnum incidere.

Te, quæ vitæ manna in utero portasti, urna illa, quæ manna continebat, olim verissime ac manifestissime præfigurabat. Benedicta tu in mulieribus, o Domina purissima.

Aperitur per te iterum antiquus ille Paradisus, et introducit in eum homo antea damnatus, o casta Deo charissima. Et Deus verissime assumit hominum massam clamantium: Laudate, omnia opera, Dominum.

Exhorrescunt cherubim videntes Verbum illud, quod inter eos ineffabili verbo est, et residet, gestatum maternis ulnis tuis infantem, o sanctissima Domina, quæ res omnes creatas dignitatis celsitudine præcellis.

Ex altero in eisdem Canone.

Compesce peccatorum meorum fluxus, tu, quæ matris corruptelam partu tuo exsiccasti; et compunctionem concede mihi, o Dei Genitrix purissima.

Gladius ille versatilis, qui Paradisi ingressus clauderebat, erubescit ac pudore perfunditur videns lætæ illam, quæ Filium tuum, o Virgo Mater, genueravit.

52 Me in segnitie dormientem, et peccatis coopertum, ad pœnitentiam excita, o castissima, tanquam Verbi Mater.

Tanquam pulchra, tanquam speciosa, tanquam puritatis fulgore cœruscans, Verbum speciosum forma corporasti ac peperisti, o Virgo Mater: quod divina operatione omnibus dat esse ex divitiis benignitatis suæ.

Sana, o Deipara Virgo, tanquam compatiens, passiones infirmæ animæ meæ, et dolorem cordis

καὶ μὴ καταδικάζῃς με εἰς πῦρ, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, δυσωπεῖ σε Παρθένο, ἢ σε κυοφορήσασα, Χριστέ, τῶν ἀγγέλων τὰ πλήθη, καὶ τῶν βσίων τάγματα.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Ἑρμύλλον καὶ Στρατόνικον, ἡμέρα εγ'.

Ἐπάρχων ὁ κατὰ φύσιν Κύριος πᾶσιν ἀχώρητος, ἐν σοὶ χρεῖται, Δέσποινα, βροτὸς εὐσπλαγχνίᾳ γενόμενος, ἵνα βροτοὺς δι' ἀφάτον φιλανθρωπίαν διασώσῃται.

Ἐπεραγία ὑπεράγιον Λόγον κυήσασα, καθαγλασον ἡμῶν καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα τῶν μακαριζόντων σε τὴν παναμώμητον.

Καὶ σὺ, καρδία, σείσθητι νῦν βλέπουσα Θεοῦ τὴν ἀπειλὴν ἐπικειμένην, καὶ βόησον· φείσαι τοῦ λαοῦ σου, Δέσποτα Κύριε, καὶ παῦσον τὴν δικαίαν ὀργὴν σου, εὐσπλαγχνε.

Λαὸν καὶ πόλιν ἦνπερ τῷ σῷ αἵματι ἐκτήσω, Ἰησοῦ, μὴ παραδῶς εἰς ἀπώλειαν, ἐν τῷ συνταράσσειν τὴν γῆν σεισμῷ φοβερῷ, χορὸς τῶν ἀποστόλων καθ' ἑκαστοῦ σε.

Ἰδοὺς σου, Δέσποτα, τὰς ὀρθὰς γνώμῃ ἀποκλίνοντες στρεβλῆ, εἰς ἀγανάκτησιν τρέπομέν σε τὸν συμπαθῆ τε καὶ ἀμνησίκακον, ἀλλ' ἕλωσ, οἰκτίρμον, γενοῦ τοῖς θούλοις σου.

Θεοτόκιον.

Νῦν βοηθείας ἦλθε καιρὸς, νῦν καταλλαγῆς χρειαῖ ἀγνὴ πρὸς τὸν Υἱόν σου καὶ Κύριον, ὥπως οἰκτερήσῃ προσκαρτερυκτάς ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς λυτρώσῃται.

Ψδὴ ς'. « Τοῦ βίου τὴν θάλασσαν. »

Οὐκ ἔχοντες, Δέσποτα, παρήρησιαν δυσωπεῖν, οἱ ταπεινοὶ τὸ ὕψος σου, τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀγγέλους σου εἰς θερμὴν κινουμένην παράκλησιν· δι' αὐτῶν τῆς ὀργῆς σου ἐξελοῦ ἡμᾶς.

Νῦν ἐγνωμεν, Κύριε, ὡς ἠλέησας ἡμᾶς, καὶ οὐ-

ΠΑΤΗΟΛ. Γ. Α. C.V.

A *Canticum tertium.* « Non est sanctus ut tu, Domine. »

Nobis prave affectis, furoremque tuum jugiter concitantibus terra flagellatur, misericors universi moderator, verum famulis tuis parce, Domine.

Terram commotam iterum firmasti, Domine, commovens et convertens infirmitatem nostram, ut in divino tuo timore corroboreremur, benigne.

Mortem amarum, terræmotus gravissimos, intolerandasque plagas peccata generantia vitemus, fratres, et pœnitentiæ modum omnem Deo exhibeamus.

In Deiparam.

Clementissimum Verbum, quæ sola benigna es, intense deprecâre, ut imminente terræmotus flagello cuncti liberemur, illibata Deipara, exoramus.

Canticum quartum. « Christus virtus mea. »

Terram, Domine, commoves, ubi dolosi bellatoris insultibus nos concussos, magis ac magis veritatis fundamento solidari omnes præcipis.

Divino tuo nutu cuncta commoves, et incolarum terræ corda concutis; justis ergo furoris tui fluctus compone, Domine.

Nobis nusquam timore tuo correptis, terram universam tuo motu terres: verum mirifica misericordias tuas super nos, qui solus facile compatieris.

In Deiparam.

Te Dei templum, o Domina, professi, in templo sancto tuæ supplices manus tendimus: vide afflictionem nostram, et auxilium præbe.

Canticum quintum. « Divino tuo splendore. »

Concutere etiam tu cor meum, attentis ingruentibus a Deo periculis, et exclama: Parce, Domine, populo tuo, et justum furorem tuum, o clemens, remitte.

Populum civitatemque sanguine tuo acquisitam, ne des, o Jesu, in interitum, dum tremendo motu terram concutis, te apostolorum cœtus precatur.

A viis tuis rectis sententia obliqua declinantes, ad iram te clementem, et malorum immemorem provocamus, Domine; at tu propitius et misericors esto servis tuis.

In Deiparam.

Adest nunc succurrendi tempus, nunc reconciliatione cum Filio tuo et Domino est opus; ut delinquentium misereatur, et ab imminente periculo nos eruat.

Canticum sextum. « Vitæ mare. »

Nulla majestatem tuam exorandi fiducia freti, electos tuos angelos ad ferventes pro nobis preces offerendas excitamus: per illos itaque a furore tuo nos eripe.

Jam te nostri miserum agnovimus, qui nusquam

sub terra diro casu nos in multis delinquentes obruisti : propterea te, Christe, adoramus.

Fundamenta terræ concuti præcipis, ut nos miseri meliori virtutum statu dimoveri abistamus : et tandem timore tuo, o Verbum, confirmemur

In Deiparam.

Sancta Dei Sponsa, anxii nunc populi miserere, et motam adversum nos Dei indignationem tuis maternis precibus quamprimum immuta, te precamur.

Canticum septimum. « Roridam fornacem. »

Benedictus es, longanimis Domine, qui motu et hiatu terræ nos morti minime dedisti : terruisti tantum eos qui a malis resipiscere student, ut vita sancti fruantur.

Suspiria e corde proferamus, et lacrymas profundamus, ut Christum Dominum propter peccatorum nostrorum colluviem cunctos misere atterere minitantem, propitium nobis reddamus.

Heu me ! clamemus, ad Deum allissimum tendamus manus, et de reliquo perversa agere desistamus. Salvator etenim firmiter nos stabilire affectans, terram omnem indignabundus commovet.

In Deiparam.

Anue, illibata, ut tuis precibus salvemur, qui propter nimiam offensarum nostrarum copiam, ira Dei, intentatisque et horrendis grassantis periculis, jamjam sumus consumendi.

Canticum octavum. « E flamma sanctis. »

Iusto hoc tuo flagello grassante, repente turbati sumus, benigne, teque conspecto adversum nos irato, omnimoda desperatione detinemur.

Manus et oculos ad solum Dominum salvare nos valentem, tendamus, fideles, et exclamemus : Averte cito iram tuam a nobis, Christe, qui humanus es.

Angelorum millia, martyrum cœtus, prophetarum, apostolorum, monachorum et pontificum sanctus chorus te deprecatur, parce, Domine, populo tuo afflicto.

Misericors, qui infirmitatem, naturæque nostræ lubricum, et perversitatem novisti : iram tuam remitte, terræ tumultum sedâ, et tua clementia, miserere nostri, benigne.

In Deiparam.

Pia Deipara, facilem ad pietatem quæ genuisti Salvatorem : vide populi tui afflictionem et suspiria, accelera ut pro nobis misericordiam depreceris.

Canticum nonum. « Deum hominibus videre nefas. »

Eccœ deliquimus omnes, et nullius peccati tellus noxia horrendo modo corripitur ; moniturus enim nos clemens Dominus illam totam agitat : mentem ergo resumamus, et salutis nostræ curam geramus.

δαμῶς συνέχσας ὑπὸ τὴν γῆν συμπτώματι χαλεπῶ πολλὰ πλημμελήσαντας. Εὐχαρίστως διό σε προσκυνοῦμεν, Χριστέ.

Προσάττεις σαλεύεσθαι τὰ θεμέλια τῆς γῆς ὅπως ἡμεῖς παυσώμεθα, οἱ ταπεινοὶ, σαλεύεσθαι ἀρετῶν τῆς κρείττονος στάσεως, καὶ τῷ φόβῳ σου, Δόγε, στηριζώμεθα.

Θεοτόκιον.

Ἄγία Θεόνυμφε, ἀπορούμενον νυνὶ τὸν σὸν λαὸν οἰκτερήσον, καὶ μητρικαῖς πρεσβείαις τὴν καθ' ἡμῶν Θεοῦ ἀγανάκτησιν μεταποίησον τάχος, δωποῦμέν σε.

ᾠδὴ ζ'. « Δροσοβόλον μὲν τὴν κάμιτον. »

Ἵπερύμνητος εἶ, Κύριε μακρόθυμε, ὅτι οὐκ ἔθανότῳσας τοὺς οἰκέτας σου σπαραγμῶ καὶ κλόνη φοβερῶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἐφόβησας ζητῶν τοῦ ἐπιστρέψαι τῶν κακῶν, καὶ ζῆσαι πάντας ἡμᾶς.

Στεναγμὸν ἀπὸ καρδίας ἀναπέμφωμεν, καὶ δάκρυα προχέωμεν, ὅπως ἴδωμεν τὸν Δέσποτην ἔχωμεν Χριστὸν, ἐκτρέψαι σεισμῶ πάντας ἡμᾶς διὰ πληθὺν ἀμαρτιῶν ἐπαπειλοῦντα δεινῶς.

Οἱμοὶ! κράζωμεν, καὶ χεῖρας ἐκπετάσωμεν πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὑψίστον, καὶ παυσώμεθα τοῦ λοιποῦ ποιεῖν τὰ πονηρά. Καὶ γὰρ ὁ Σωτὴρ ἀγανακτῶν σαλεύει ἅπασαν τὴν γῆν, στηρίζαι θέλων ἡμᾶς.

Θεοτόκιον.

Νεῦσον, ἀχρῖντε, σωθῆναι ταῖς πρεσβείαις σου, ἀφανισθῆναι μέλλοντας ἐν ὀργῇ Θεοῦ, καὶ θυμῶ μεγάλῳ καὶ φρικτῶ τῆς νῦν ἐπελθούσης ἀπειλῆς, διὰ τὸ πλήθος τῶν πολλῶν ἀμαρτημάτων ἡμῶν.

ᾠδὴ η'. « Ἐκ φλογὸς τοῖς ὁσίοις. »

Τῆς δικαίας σου ταύτης ὀργῆς, φιλόφρονε, ἐπιλήθους ἀθρόως, συνεταράχθημεν, καὶ ἀπελπισμῶ παντελεῖ συνεσχέθημεν, προσαγανακτοῦντα ὀρῶντες καθ' ἡμῶν σε.

Ἀνατείνωμεν χεῖρας, πιστοὶ, καὶ ὄμματα πρὸς τὸν μόνον Δεσπότην δυνάμενον, κράζοντες· Χριστέ, τὸν θυμὸν σου ἐπίστρεψον ἀφ' ἡμῶν ταχέως, φιλόφρονε ὑπάρχων.

Χιλιάδες ἀγγέλων, μαρτύρων σύλλογος, προφητῶν, ἀποστόλων, ὁσίων ἱεραρχῶν ἅγιος χορὸς, ἐκτεύει σε, Δέσποτα, φείσαι τοῦ λαοῦ σου, τοῦ τεταπεινωμένου.

Ὁ γινώσκων, οἰκτίρμων, τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν, καὶ εὐδυσχινὸν πάντῃ καὶ ἀδιόρθωτον, ἄνες τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν ταραχὸν κόπασσον, καὶ τῷ σπῷ ἔλθει οἰκτεῖρησον, οἰκτίρμων.

Θεοτόκιον.

Συμπαθῆς Θεοτόκε, τὸν εὐσυμπάθητον ἡ τεκουσα Σωτῆρα, ἴδε τὴν κάκωσιν, καὶ τὸν στεναγμὸν τοῦ λαοῦ σου, καὶ τάχυνον τοῦ παρακαλέσαι ἡμᾶς οἰκτεῖρησθῆναι.

ᾠδὴ θ'. « Θεὸν ἀνθρώποις ἰδεῖν ἀδύνατον. »

Ἴδοὺ οἱ πάντες ἡμεῖς ἐπταίσαμεν, καὶ φοβερῶς ἡ γῆ μηδὲν σφαλίσσα κολάζεται· νοθετῶν γὰρ ἡμᾶς ὁ φιλόφρονος, ὅλην αὐτὴν σαλεύει. Λάβωμεν αἴσθησιν, καὶ τῆς σωτηρίας ἑαυτῶν ἐπιμελώμεθα.

Ἐρῶν καὶ χρόνων ὑπάρχων Κύριος, μὴ ῥοπῆ A
ἠθέλησας ἐκτρέψαι τοὺς δούλους σου ὑπὸ δὲ τῆς
πολλῆς εὐσπλαγγνίας σου, Δέσποτα, ἐκωλύθης· εὐχα-
ριστοῦμέν σοι, οἱ ἀναπολόγητοι ἡμεῖς, μόνε φιλάν-
θρωπε.

Σεισμοῦ, μαχαίρας, πικρᾶς ἀλώσεως, καὶ ἐθγι-
κῆς, Χριστέ, ἐπιδρομῆς, καὶ συμπτώσεως, καὶ λιμοῦ,
καὶ κακίσεως, Δέσποτα, πάσης ἄλλης, οἰκτίρμον,
ῥῦσαι καὶ πόλιν σου, ἅπασάν τε χώραν τὴν πιστῶς
ὑμναλοῦσάν σε.

Ἡ γῆ ἀγλώσσωσ βροῦ στενάζουσα· Τί με κακοῖς
μιαίνετε πολλοῖς, πάντες ἄνθρωποι, καὶ ἡμῶν ὁ Δε-
σπότης φειδόμενος, μόνην ἐμὲ μαστίζει; λάβετε
αἰσθησιν, καὶ ἐν μετανοίᾳ τὴν Θεὸν ἐξιλεώσασθε.

Θεοτόκιον.

Φθορὰν τῷ τίχτειν μὴ ὑπομείνασα καταφθορᾶς,
Παρθένε, ἐξελοῦ ἡμᾶς ἅπαντας, καὶ σεισμοῦ βαρυ-
τάτου καὶ θλίψεως, παύουσα τοῦ Δεσπότης τὴν ἀγαν-
ἀκτησιν, σοῦ ταῖς μητρικαῖς καταλλαγαῖς, Θεοχα-
ρίτως.

Horarum et temporum cum sis Dominus, uno
temporis momento servos tuos perdere constitueras,
nisi a multa tua clementia prohibitus fuisses : gra-
tes ideo referimus benigne ; omni enim patrociniio
destituti eramus.

A terræmotu, gladio, dura captivitate, gentium
incursu, casu adverso, fame, et quavis alia cala-
mitate, Christe misericors Domine, civitatem tuam
regionemque omnem, te fideliter celebrantem,
eripe.

Muto sermone suspirans tellus exclamat : Quid
me tot malis polluitis, homines, quibus si Deus
parcat, solam me corripit ? resumite mentem, et in
pœnitentia placate Deum.

In Deiparam.

B

Quæ corruptionem in pariendo non pertulisti,
cunctis, o Virgo, ab interitu, terræmotu, et affli-
ctione, Domini indignatione materno tuo interventu
solata, libera, o Deo gratissima.

JOSEPHI HUMILIS ET MINIMI

LAUDATIO

IN SANCTUM APOSTOLUM BARTHOLOMÆUM.

(Apud Surium ad diem 24 Augusti.)

I. Hujus coracionis auctor, et diei festi jucunditatem C
spiritualem nobis afferentis hilaritas, est B. aposto-
lus Bartholomæus, qui, cum divinus sit apostolus,
et luminis splendore purisque S. Spiritus fulgo-
ribus tantum illustretur, quantum verbis explicari
non potest : nobis etiam lumen suggerit, qui sacram
et gloriosam ejus memoriam celebramus. Age igitur
divinis vocibus illum collaudantes quam maxime
possumus, divina ipsius narratione delectemur, et
laudationibus honoremus virum quovis honore su-
periozem. Laudemus apostolum a Deo ipso lauda-
tum. Beatum prædicemus eum, qui semper beatus
est. Ejus gloriam celebremus quem extulit divina
gloria. Videamus quisnam ante fuerit, et qualis
postea evaserit, quemadmodum qui prius idiota
erat, et pauperem vitam agebat, omni ex parte sa-
piens effectus, et omnium bonorum divitiis ornatus
fuerit : quemadmodum e terrestri cœlestis evaserit,
e minimo maximus, et ex piscium piscatore ho-
minum piscator factus sit.

II. Itaque cum Deus ipse homo factus, propter
misericordiæ suæ viscera nostrum corpus gestaret,
et discipulorum delectum haberet, is, inquam, qui
prænovit omnia priusquam generentur, celeberrim-
um apostolum Bartholomæum delegit, amicum-
que sibi verum et fidelem cooptavit. O divinæ
vocationis præstantiam ! O magnam et singulari

felicitatem ! O qualem hic invenit magistrum, qui
maximis mysteriis eum initiavit, et sapientem
effecit ! O beatam illam animam, dignam habitam
quæ cum Deo versaretur, cum Deo et omnipotente
Domino cibum sumeret, et sacra doctrina, oratio-
nem et facultatem omnem superante, instrueretur !

III. Postea vero quam magistrum suum in cruce
suffixum, eundemque sepultum, et post resurre-
ctionem ad cœlos ascendentem vidit, et sanctissimi
Spiritus dono, æque ac reliqui apostoli, donatus
est, tanquam generosus aliquis miles, validissimis
armis undique munitus, adversus hostile bellum
prosiluit, et ipsos quidem hostes validissime per-
cussit, his vero, qui ad vitam ipsam venire stude-
bant, salutem conciliavit. Tetendit orationis suæ
D
retia, et gentes ipsas profundo ereptas, illas quidem
captivas, sed ad vitam tamen ductas, conservavit ;
evertit idolorum templa, et Dei ecclesias erexit ;
humana corda in sterilitatem conversa cœlestis
doctrinæ aratro renovavit : eaque ita excoluit, ut,
tanquam feraces campi, fructum ferre possent :
succendit miraculorum facem, et affectuum humano-
rum caliginem profugavit : in quascunque partes
permeabat, velut stella quædam justitiæ solem præ-
dicans, illustremque fulgorem emittens, fallaciæ
tenebras destruebat : et oratione quidem dæmo-
nes ipsos fugabat, precibus autem morbos insana-

biles curabat, leprosos mundos faciens, cæcis visum restituens, claudos ad currendum expeditos reddens, corda denique et animos imbecilliores confirmans.

IV. Erat una cum Bartholomæo et B. illè apostolus Philippus, quocum multo tempore divinum Evangelium prædicavit. Hi cùm in urbem Hierapolim venissent, cui prius nomen erat Ophioryme, multas ærumnas et cruciatus non mediocres sustinuerunt, cum ejus civitatis homines violenti essent et valde inhumani : quippe qui viperam colere consueverant, venenum pestiferum et lethale, tanquam fructum aliquem percipientes. Illi cum divinos apostolos vidissent, dicebant novum quemdam Deum ab illis nuntiari, et a veteri cultu ipsos averti, atque a paternis traditionibus abalienari. Quamobrem cum manus in eos injecissent, admirandæ sanctitatis virum apostolum Philippum cruce condemnaverunt; divinus autem Bartholomæus, instar alicujus bovis aratoris, a suo compare separatus ingemiscebat ac lamentabatur quidem, sed non desinebat tamen suavem illum sulcum ducere, qui animarum agricolæ Deo uberes fructus allaturus esset : quinimo, ita ut consueverat, huc atque illuc obibat fidei sermonem disseminans, pravam zizaniam evellens, et quidquid salutare iis esset, qui eum suscipiebant, diligenter declarans. O beatos illos pedes, Evangelicis gressibus speciosos factos, et ad infinitarum animarum adeptionem recta via progredientes ! O linguam illam divinam, ex qua salutaris potus effluxit, qui ab impietatis æstu multos liberavit ! O manus, quæ violentos hostes expugnarunt, et animas ipsas e diaboli manibus eripuerunt ! O divinos et illustres oculos, per quos multorum oculi patefacti sunt, qui erant perfidiæ tenebris obscurati !

V. Cum igitur regiones illas ita peragraret, venit ad urbem quamdam, cujus cives cum idolorum superstitione liberasset, ab ejus loci præside crucis supplicio et ipse condemnatus est. Ad quam dum beatus ille accederet, totus gaudio perfusus : Salve, inquit, crux, per quam humanum genus gaudio affectum est. Salve, ejus crucis imitatio, per quam mortem dissolvit, et mortales ipsos immortalitate donavit. Salve, crux, in quam cum Christus ascendit, terrenos homines cælestes effecit. Salve, crux, quæ mihi hinc migranti vehiculum effecta es, quo ad cælos perducî possim : quæ denique meî præceptoris imitatoremi me fecisti. Ad te ascendo, neque moram duco; jam enim tempus meum completum est. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : opus quod mihi Christus magister meus tradidit, perfecti. Hæc cum dixisset, et Deum precatus esset, rogavit carnifices illos, ut verso in terram capite, in cruce suffigeretur : nec rectus, quemadmodum ejus magister, in crucem ageretur; ita et in ipsis cruciatibus suam in magistrum reverentiam conservabat. Quin etiam in cruce suffixus, cum fratribus loqui non destitit, quoad sanctissimam illam animam Deo tradidit. Cujus ascensum angeli applausu exceperunt, aer purgatus

est, et divinorum apostolorum chorus exsultavit.

VI. Cum vero multum temporis præterisset, ejus regionis tyranni, vitæ pravitatem exercentes, et multorum deorum ebrietate debacchantes, cum viderent loculos illos, in quibus beati apostoli Bartholomæi reliquiæ conditæ erant, splendida quædam et illustria miracula edere, et eos a morbis liberare qui eo accedebant, pravum consilium et suo proposito dignum inierunt. Venite, inquit, in profundum mare corpus hoc demergamus. Sed, o miseri, ejusne corpus in mare demergetis, qui profundum illum draconem in altum demersit, qui salutaris aquæ fontem aperuit, et abunde cælestia dogmata hominibus impertivit. Venite, inquit, mari obruamus. Eumne vos obruetis, qui veritatem antea obrutam detexit, et infidelitatis salsedinem exterminavit. Venite, inquit, et temerarium furorem effundentes, in maritimas undas hoc corpus projiciamus, ne ex eo, tanquam e rationali aliquo flumine, salus ad eos defluat, qui morborum angustiis comprimuntur.

VII. Hæc cum dixissent, quod cogitarant aggressi sunt, et una cum quatuor aliorum martyrum loculis, beati Bartholomæi reliquias in mare dejecerunt. Martyres autem illi gloriosi, apostolum Bartholomæum valde inclytum, duo a dextera, et duo a sinistra parte, medium habentes, Pontum ipsum sine fluctuatione aliqua transmittabant. Cunque ad Bosphorum Thracium in Propontidem venissent, Hellesponti angustias transierunt : deinde, transmissis Ægæo et Ionio mari, ad Siciliam applicuerunt : et Syracusas ad sinistram derelinquentes, atque occidentem versus tendentes, ad insulam Liparim pervenerunt. Itaque celeberrimus ille apostolus ad eam insulam deductus est. Divini autem illi martyres cum id complevissent, quod Deus voluerat, quam celerrime redierunt in eam viam, in quam unumquemque divina providentia direxit. Statim autem is, qui Ecclesiam Liparis Insulæ gubernabat, per divinam revelationem didicit, Christi apostolum ad maris littus appulisse.

VIII. Erat ejus Ecclesiæ gubernator Agatho ille, cujus gloria longe lateque apud omnes celebrabatur. Cum ille igitur properasset, et loculos ad continentem appulsos vidisset, stupore et gaudio repletus, summa voce : Bene, inquit, quod huc venisti, ut portus salutaris, ad eos qui pelagi fluctibus periculosis agitamur. Bene quod venisti, divinum Spiritus Paraleti flumen, ex quo veritatis aquæ scaturiunt, et pietas multa redundat. In mari viæ tuæ, et semitæ tuæ in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur. Veni, et animas nostras irriga, affectuum nostrorum fervorem reprime, cordium januas patefactas gratiarum tuarum muneribus repleas. Hoc a te Liparis insula supplex petit, quam habitare voluisti. Hæc, inquam, insula bis verbis te alloquitur : Tu, qui multo lumine illustris es, et filius divini Orientis vere amicus, quomodo factum est, ut talis tantusque apud meæ paupertatis Occiden-

tem diversatus sis, ab Orientis partibus commotus, et per maritimos sinus nobis ostensus? Dives factus sum, quæ antea paupertate laborabam, thesaurum magnum hodie sum consecuta: neque ulla in te Roma illa ipsa urbe decantata, beatos apostolos Petrum et Paulum habitatores tenente, inferior ego sum: Bartholomæum enim habitatorem possideo. Omnes insulæ, mihi gratulemini; omnes urbes, quæ ubique estis, mecum una exultate. In vobis multorum sanctorum corpora posita sunt: mihi satis est unus pro omnibus.

IX. Sed, o beatissime, et divinis angelis par factus apostole, quis tua præclata facta pro dignitate laudaret? Quis pericula pro Christo a te suscepta enumerare posset? Quæ cum quotidie subires, a tristibus periculis mortales liberasti. Tu vere sal illud es, quod corda illa, quæ evanuerant, atque insipida evaserant, condidisti, et inscitia: salsedine purgata, putredinem ex multorum deorum superstitione contractam expurgasti. Tu es rationale illud flumen, ex divina sede profectum, junctorum plenum torrentem abluens, Ecclesiæ vero sulcos replens, pravitatis rivus exsicicans, ipsius denique terræ faciem irrigans. Tu es sagena ista solidissima, quæ rationales pisces, in erroris profundo natantes, comprehendisti, eosque supernæ illi mensæ obsonium obtulisti. Tu es aureum illud candelabrum, in quo Paraclæti Spiritus ignis, tanquam fax quædam, adveniens, multiplicis vitii zizania combussit, et divinæ cognitionis splendorem emisit. Tu es divini Solis lucidus radius, qui a summo cælo usque ad extremum percurrens, et erroris tenebras immi- nuens, et iis, qui sedebant in umbra mortis, hoc est in malis lethalibus, effulgens, per lavacrum regenerationis, Dei filios, mortales homines effecisti. Tu es pretiosus ille lapis, ab angulari lapide illo missus, in quo Ecclesiam Christus ipse ædificavit, quæ nullo unquam tempore quassari aut concuti poterit. Tu es purissimum illud aurum et cælestis Dei pretiosissimum munus, lucis columna, Ecclesiæ fundamentum, Spiritus sancti diversorium, magniloquentiæ præco, aquila in altum volans, suave canens lusciniæ, cælestis cicada, angelus denique in humano corpore versans, aurea columna, stella lucidissima, florens paradisi, Spiritus sancti

A myrothecium, ægrotantium medicus, divinæ gratiæ tuba, vitis fecundissima, olea fructifera, fluctuantium portus, peccantium patronus, defessorum recreatio, oppressorum refugium, miraculorum fons, dæmonum profugatio, apostolorum gloria, angelorum civis, qui prophetis sublimior, et martyrum consors fuisti, ejus denique gloriæ, quæ revelanda est, particeps, sempiternorum bonorum hæres, mundi lumen, omnium, ut summam dicam, bonorum thesaurus.

X. Itaque salve, Bartholomæe, illius magni tonitruum fulgur, quod in rota mundi hujus apparuisti, et idolorum insaniam ac noctem exstinxisti. Salve, Bartholomæe, ille Spiritus sancti calamus celeriter scribens, qui legem in tabulis cordis pulcherrime descripsisti, legem, inquam, illam non veterem, sed valde novam. Salve, Bartholomæe, potentis Verbi sagitta acutissima, quæ hostium corda vulnerasti, dæmonum per aerem vagantium turmas percussisti, et mortalium animas vitio vulneratas, sanas effecisti. Salve, Bartholomæe, qui idolorum templa solo adæquasti, et homines ipsos viventis Dei templa reddidisti. Salve, Spiritus sancti gladius, qui alienigenarum turmas sermonis acie, et omnes mentes ad Christi obedientiam captivas duxisti. Salve, concinna sancti Spiritus Paraclæti cithara, rationalis tibia, Christi instrumentum, quod cælestia dogmata nobis cecinisti, et pravæ impietatis modulationes confudisti. Salve, cælum perpulchrum, divinis splendoribus illustre, in quo ille Sol justitiæ requiescit, et orationis dux, quo tu innixus, fallaciam omnem evertisti. Te quidem laudationibus extollere vellem, sed rerum multitudine confundor et dictionis infirmitate opprimor: nam vel hi, qui oratoria facultate maxime præstant, inferiores sunt, quam ut te laudare possint; neque quisquam est qui pro dignitate laudes tuas narrare valeat. Tuis igitur precibus Deum ipsum nobis propitiū facias, et peccatorum perturbationem, qua vexamur, sedare velis: quique tuum diem festum recolimus, nobis omnibus delictorum veniam, et cælestis gaudii participationem tuis orationibus impetres, in Christo Jesu Domino nostro: cui gloria cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen (2).

(2) Sacrum corpus S. Bartholomæi apostoli ex Liparitana insula circa annum Domini 832 translatum est Beneventum. Capto vero postmodum Benevento, Otto II imperator B. apostoli ossa inde asportavit, ac Romæ in Lycaonia insula in tumba

porphyretica collocavit anno Domini 983, cogitans eadem per Tiberim et mare in terram suam deportare, sed eo brevi vita exempto pretiosus thesaurus Romæ remansit, ubi pia fidelium veneratione honoratur. Vide Baron. in not. ad Martyrol. 25 Aug.

(Opuscula nonnulla incertæ ætatis, quæ desinenti sæculo IX additæ constitueramus, propter inexpectatam voluminis spissitudinem ad sequentem tomum remittere cogimur, quem adisis si placet.)

INDEX IN MARIALE S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

Revocatur Lector ad numeros crassioribus typis in textu expressos.

A

Acehiston quid sit apud Græcos, 30, not. 30.
 Aesra carbonis immaterialis B. Virgo, 333.
 Acrostichis quid sit apud Græcos, 1, not. 2.
 Adjutorium fortissimum, miserabilem B. Virgo, 110.
 Adjutrix dicitur B. Virgo, 106, 123, 221, 304.
 Admiratio angelorum B. Virgo, 129.
 Advocatio valida B. Virgo, 57.
 Ager dicitur B. Virgo, 50, 77, 113, 333, 346.
 Agna dicitur B. Virgo, 17, 30, 253, 260, 270, 286, 290, 296, 314.
 Alabastrum dicitur B. Virgo, 241.
 Albertus M. immaculatæ conceptioni favens, 6, not. 7.
 Altrix creatio:is sui B. Virgo, 63.
 Amatrix bonorum B. Virgo, 48, 99, 166, 169, 205, 270.
 Amica bonorum B. Virgo, 124, 128, 150, 201, 252, 270, 293, 303.
 Arca dicitur B. Virgo, 4, 23, 83, 88, 91, 113, 144, 149, 170, 173, 193, 207, 208, 212, 234, 249, 262, 264, 268, 276, 291, 309, 333, 343, 346.
 Arma nostra B. Virgo, 215, 310.
 Asilum fidelium B. Virgo, 221, 232.
 Assumptio B. Virginis, 12.
 Astrum dicitur B. Virgo, 54.
 Auditio horrore plena dicitur B. Virgo, 51.
 Augusta dicitur B. Virgo, 18 et not. 18. Quomodo Augusta in conceptione immaculata, 18.
 Aurora dicitur B. Virgo, 50, 169, 328, 330, 337. Quomodo aurora in conceptione immaculata, 330 in not. 60.
 Auxiliatrix dicitur B. Virgo, 304, 306, 332.
 Auxilium dicitur B. Virgo, 54, 45, 58, 94, 106, 115, 114, 129, 134, 150, 173, 212, 215, 221, 230, 231, 261, 285, 304, 302, 303, 304, 330.
 Ava dictum B. Virgini quid significet, 266, not. 18.

B

Benedicta cur dicatur B. Virgo, 171, not. 73.
 Benedictus Ode-calcus S. R. E. card. a cultu B. Virginis laudatus, in Epist. dedic.

C

Candelabrum dicitur B. Virgo, 54, 55, 97, 108, 113, 119, 128, 147, 191, 296, 212, 221, 276, 278, 282, 308, 333.
 Carolus Moronus laudatus, 324, not. 51.
 Cathedra dicitur B. Virgo, 56, 60.
 Causa deificationis omnium B. Virgo, 31, 55, 62, 67.
 Causa divinæ Incarnationis B. Virgo, 191. Causa gaudii B. Virgo, 32. Causa nostræ salutis B. Virgo, 100, 118.
 Causa omnium bonorum, B. Virgo, 117, 122, 137, 142, 151, 181, 183, 245, 253, 270, 304, 329. Causa qua Dei Filius similitis factus est nobis, B. Virgo, 77. Causa reformationis primorum parentum, B. Virgo, 102, 122. Causa reparationis nostræ B. Virgo, 223, 227. Causa unica lætitiæ omnium dicitur B. Virgo, 8, 32.
 Civitas dicitur B. Virgo, 5, 27, 31, 106, 243, 378, 383.
 Coadjutrix martyrum B. Virgo, 178. Coadjutrix servorum suorum B. Virgo, 310.
 Cælum dicitur B. Virgo, 5, 14, 57, 70, 116, 131, 181, 182, 218, 230, 343. Quomodo cælum in conceptione immaculata, 404, 405, 406.
 Columba dicitur B. Virgo, 8, 9, 14, 34, 236. Quomodo columba in conceptione immaculata, 35, not. 37.
 Columna dicitur B. Virgo, 54.
 Conceptio immaculata B. Virginis late adstruitur passim in notis.
 Concha dicitur B. Virgo, 51.
 Conciliatrix bonorum dicitur B. Virgo, 20. Conciliatrix dissidentium B. Virgo, 344.
 Conciliatrix gaudii B. Virgo, 307.
 Confirmatio eorum qui stant B. Virgo, 211.
 Confugium Christianorum B. Virgo, 213.
 Consolatio tristium B. Virgo, 304. Consolatio valida B. Virgo, 57, 134, 228. Consolatio vivorum et mortuorum B. Virgo, 326.
 Conversio peccatorum ad Deum B. Virgo, 287, 386.
 Corona dicitur B. Virgo, 54, 124, 149, 154, 171, 192, 210, 223.
 Correctio Adæ dicitur B. Virgo, 29.
 Currus dicitur B. Virgo, 31, 32, 171, 345.
 Custodia dicitur B. Virgo, 51, 61.
 Custos in tentationibus B. Virgo, 295.

D

Decor fidelium B. Virgo, 285. Decor Jacob B. Virgo, 170.
 Decus angelorum B. Virgo, 107, 129, 173, 215. Decus apostolorum B. Virgo, 89. Decus divinum athletarum B. Virgo, 71. Decus martyrum B. Virgo, 90, 99.
 Defensio dicitur B. Virgo, 125, 131, 157, 152, 213, 228.
 Dissolutio maledictionis B. Virgo, 55, 223. Dissolutio mœroris dicitur B. Virgo, 44.
 Domicilium dicitur B. Virgo, 111, 136, 139, 152, 298, 334.
 Domina dicitur B. Virgo, 6, 14, 19, 30, 32, 34, 35, 38, 45, 50, 51, 58, 62, 73, 74, 78, 80, 83, 94, 97, 110, 111, 119, 247, 148, 153, 165, 164, 203, 212, 228, 229, 271, 285, 288.
 Dominatrix dicitur B. Virgo, 73, 193.
 Dominicani Immaculatæ Conceptioni B. Virginis faventes : Albertus Magnus, 6, not. 7, 177, not. 77. — Ambrosius Catharinus, 32, not. 34; 62, not. 51; 73, not. 55, etc. — S. Antoninus, 343, not. 69. — Antonius Navarrus, 168, not. 70; 196, not. 59. — Hieronymus Lanusa, 324, not. 53; 333, not. 63. — Ildelfonsus Giron, 223, not. 95. — Joannes Taulerus, 324, not. 53. — Joannes Vigorius, 180, not. 81. — R. Ludovicus Bertrandus, 340, not. 67. — Ludovicus Granatensis, 285, not. 50. — Sanctius a Porta, 168, not. 70. — S. Thomas Aquinas, 293, not. 34; 329, not. 61.
 Domus dicitur B. Virgo, 14, 23, 29, 73, 83, 332, 333, not. 62.
 Donum dicitur B. Virgo, 4.
 Ducitrix certa et secuta eorum, qui salvantur, B. Virgo, 280.
 Dux infallibilis B. Virgo, 150, 203, 221, 281.

K

Erectio cadentium B. Virgo, 254, 273, 295.
 Erectio dejectorum B. Virgo, 302.
 Erectio labentium B. Virgo, 304. Erectio lapsorum B. Virgo, 261, 308.
 Erectio mundi collapsi dicitur B. Virgo, 47, 334. Erectio prostratorum B. Virgo, 293.
 Expers omnis macule B. Virgo, 327, not. 58.
 Expiatio peccantium B. Virgo, 114.
 Expiatorium delinquentium B. Virgo, 49.
 Exultatio dicitur B. Virgo, 32, 34, 97, 119

F

Filia Dei B. Virgo, 240.
 Firmamentum dicitur B. Virgo, 71, 83, 90, 224.
 Firmitas eorum qui stant, B. Virgo, 245.
 Fluentium incorruptionis B. Virgo, 100, 122.
 Fons dicitur B. Virgo, 5, 10, 30, 44, 77, 206, 222, 262, 270, 310.
 Forceps dicitur B. Virgo, 56, 58, 60, 65, 91, 266, 265, 291.
 Fortitudo dicitur B. Virgo, 31, 83, 122, 224.
 Fulcimentum dicitur B. Virgo, 189, 210, 225.

G

Gaudium dicitur B. Virgo, 27, 114, 154, 172, 256.
 Genitrix lucis B. Virgo, 74, 326.
 Germen dicitur B. Virgo, 4.
 Gloria dicitur B. Virgo, 58, 83, 90, 110, 119, 125, 128, 129, 140, 141, 149, 164, 171, 176, 215, 224, 241, 261, 267, 339, 342, 346.
 Glorialis dicitur B. Virgo, 54, 49, 77, 82, 83, 89, 103, 110, 114, 125, 172, 229, 244.
 Gratia plena cur dicatur B. Virgo, 238, not. 12; 282, not. 29 et 30; 306, not. 43.
 Gubernatrix dicitur B. Virgo, 11, 79, 244.

H

Habitaculum dicitur B. Virgo, 6, 11, 21, 53, 46, 54, 55, 64, 81, 107, 112, 153, 178, 196, 202, 208, 210, 260, 341, 345, 347, 352. Quomodo habitaculum in conceptione immaculata, 251, not. 7; 342, not. 68.
 Habitatio incorrupta Verbi incorrupti B. Virgo, 511.
 Habitatio lucis dicitur B. Virgo, 30.
 Honorificentia angelorum B. Virgo, 140.
 Hostis omnium scandalorum dicitur B. Virgo, 52.

I

Illuminatio dicitur B. Virgo, 33, 230, 265.
 Immaculata dicitur B. Virgo quia sine macula originali concepta, 2, not. 4 et 5; 8, not. 10; 18, not. 25; 31, not. 53; 33, not. 36 et 59; 89, not. 43 et 44, 46, 47; 65, not.

53 et 54; 112 not. 61 et 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68; 170, not. 72, 74, etc.

Immunis ab omni macula B. Virgo, 78, not. 57; 162, not. 68; 186, not. 86; 195, not. 89; 223, not. 96; 249, not. 3, 6; 254, not. 9, 11, 15; 265, not. 16; 274, not. 25 et 23; 300, not. 37; 312, not. 48; 246, not. 75; 349, not. 76.

Imperatrix orbis B. Virgo, 536.

Impolluta cur dicatur B. Virgo, 199, not. 92.

Incontaminata cur dicatur B. Virgo, 236, not. 57.

Inculpatissima cur dicatur B. Virgo, 330, not. 60.

Innocentissima cur dicatur B. Virgo, 93, not. 59; 160, not. 60; 249, not. 4.

Intercessio dicitur B. Virgo, 125.

Interitus inferni dicitur B. Virgo, 21.

Introductio benedictionis B. Virgo, 283, 382.

Introitus divinus dicitur B. Virgo, 50.

Inviolata cur dicatur B. Virgo, 337, not. 63.

Jauva dicitur B. Virgo, 263, 281.

L

Lætitia dicitur B. Virgo, 51, 119, 159, 263, 267.

Lampas dicitur B. Virgo, 5, 134, 267, 272, 306.

Laus B. Virginis ut in conceptu immaculatæ, 62, not. 51 et passim.

Lectulus dicitur B. Virgo, 20, 43, 94, 200.

Leo Allatus, 47, not. 48 et alias.

Lex nova dicitur B. Virgo, 65.

Liber dicitur B. Virgo, 3, 29, 329.

Liberatrix dicitur B. Virgo, 57, 99, 295.

Lignum dicitur B. Virgo, 10.

Lilium dicitur B. Virgo, 29, 60, 222, 230, 222, not. 93.

Locus dicitur B. Virgo, 5, 13, 51, 108, 118, 146, 206, 259.

Locutio horrore plena dicitur B. Virgo, 51.

Lucerna dicitur B. Virgo, 5, 30, 88, 142, 144, 149, 155, 258, 186, 201, 211, 221, 234, 262, 268, 306, 312.

Ludovicus Crespi laudatus, 196, not. 91.

M

Magnalia B. Virginis, 522, not. 50.

Mausio dicitur B. Virgo, 31.

Manuductio dicitur B. Virgo, 100.

Manuductrix ad amplitudinem vitæ ad semitas penitentia, ad bonos ingressus voluntatum Christi B. Virgo, 351.

Maria Deipara Virgo unicæ pulchritudinis thalamus. Vide Thalamus. Thronus Dei Altissimus. Vide Thronus. Virga Virginitatis. Vide Virga, et fere singula hujus Indicis verba.

Mater Dei atque ideo immaculate concepta B. Virgo, 99, not. 60, 142, 65; 180, not. 81; 184, not. 84; 196, not. 91; 254, not. 10; 273, not. 24; 274, not. 26; 292, not. 32.

Mater inexplicabilis mysterii B. Virgo, 57.

Mater veræ resurrectionis, B. Virgo, 127.

Mediatrix dicitur B. Virgo, 91, 255, 304, 344.

Medicus Matris suæ quomodo fuerit Christus, 52, not. 35.

Mensa dicitur B. Virgo, 30, 113, 134, 149, 155, 170, 172, 175, 186, 193, 224, 234, 239, 256, 262, 268, 276, 335, 346.

Ministra maximi mysterii B. Virgo, 113.

Miracula B. Virginis, 258, not. 15.

Miraculum dicitur B. Virgo, 59, 105, 223, 231, 237, 317.

Monimentum venerandum virginitatis B. Virgo, 123.

Mons dicitur B. Virgo, 2, 3, 11, 30, 51, 56, 49, 59, 64, 76, 85, 84, 83, 87, 92, 101, 107, 113, 114, 115, 123, 129, 156, 154, 168, 170, 174, 190, 193, 201, 215, 223, 239, 252, 256, 258, 260, 268, 278, 308, 343, 358, 359, 381.

Mors quomodo non alligerit B. Virginem, 54, not. 50.

Munitmen dicitur B. Virgo, 33, 80.

Munitmentum hominum B. Virgo, 129, 175, 202, 216.

Munitio dicitur B. Virgo, 31.

Murus dicitur B. Virgo, 33, 57, 96, 119, 208, 210, 213, 229, 306.

N

Nativitas B. Virginis quomodo celebrata a S. Josepho, 1, 2, 3, 4, 5 et 6.

Nubes dicitur B. Virgo, 2, 7, 8, 25, 26, 32, 104, 116, 152, 157, 171, 183, 187, 198, 239, 246, 262, 263, 268, 276, 278, 289, 299, 308, 327, 346. Quomodo nubes in conceptione immaculata, 269, not. 22.

O

Odescalca familia a cultu B. Virginis laudata in epist. dedic.

Officina aromataria spiritus B. Virgo, 101.

Oliva dicitur B. Virgo, 3.

Oratrix nostra B. Virgo, 213, 310.

Organum divinum incarnationis Verbi B. Virgo, 343.

Oriens dicitur B. Virgo, 120, 126, 179, 186, 373, 396.

Ornamentum dicitur B. Virgo, 74, 89, 210, 267, 285.

P

Palatinum dicitur B. Virgo, 1, 8, 10, 14, 29, 48, 70, 81, 82, 84, 85, 94, 97, 108, 131, 140, 142, 152, 158, 162, 179, 207, 221, 223, 228, 230, 234, 236, 249, 260, 262, 272, 276, 279, 293.

Paracletica quid sit, 247, not. 99.

Paradisus dicitur B. Virgo, 5, 51, 91, 118, 185, 272, 281, 381. Quomodo Paradisus in conceptione immaculata, 186, not. 83.

Partus B. Virginis arguit immaculatam conceptionem, 324, not. 55.

Patrocinium dicitur B. Virgo, 18, 43, 44, 59, 93, 151, 152, 177, 208, 223, 234, 275, 287, 303.

Patrona dicitur B. Virgo, 63, 205, 208, 221.

Paulus Odescalcus a cultu B. Virginis laudatus, in epist. dedic.

Pelagus inenarrabile B. Virgo, 264.

Petrus Georgius Odescalcus quam eximia fuerit erga B. Virginem pietate, in epist. dedic.

Petrus Possinus soc. Jesu laudatus, 323, not. 51.

Pomum dicitur B. Virgo, 5.

Pons dicitur B. Virgo, 3, 30, 101, 111, 123, 153, 153, 234, 318, 319, 339.

Porta dicitur B. Virgo, 11, 18, 20, 30, 49, 59, 61, 67, 69, 75, 81, 83, 89, 93, 100, 103, 104, 114, 118, 120, 150, 154, 157, 158, 144, 148, 151, 159, 160, 174, 180, 184, 193, 206, 213, 215, 227, 229, 234, 238, 247, 258, 262, 265, 274, 275, 276, 278, 280, 281, 282, 288, 295, 304, 309, 318, 321, 335, 341, 345, 346.

Portus dicitur B. Virgo, 52, 48, 61, 117, 133, 190, 193, 273, 276.

Possessio Dei B. Virgo, 134, 153, 162.

Præconium prophetarum B. Virgo, 154, 267.

Prædicatio prophetarum B. Virgo 110.

Præsentatio B. Virginis in templum, 6.

Præses christianorum B. Virgo, 318.

Præsidium dicitur B. Virgo, 58, 76, 96, 106, 112, 151, 213, 223, 232, 261, 264, 269, 271, 274, 280, 289, 293, 303, 307, 341.

Profunditas dicitur B. Virgo, 50, 51.

Propitiatio peccantium B. Virgo, 99.

Propitiatorium dicitur B. Virgo, 30, 59, 100, 101, 110, 113, 123, 141, 191, 211, 262, 304, 339.

Propugnaculum dicitur B. Virgo, 52, 254, 303.

Profectio dicitur B. Virgo, 53, 57, 58, 102, 106, 154.

Protectrix dicitur B. Virgo, 91, 138, 303.

Pulchritudo Jacob B. Virgo, 127, 150, 154, 226. Pulchritudo martyrum B. Virgo, 366. Pulchritudo prophetarum et martyrum B. Virgo, 260.

Puella dicitur B. Virgo, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 10, 11, 19, 48, 61, 118, 142, 237, 255, 258, 262, 298, 302, 317.

Purificatorium dicitur B. Virgo, 10.

Purior omnibus creaturis B. Virgo, quia immaculate concepta, 176, not. 76.

Purpura dicitur B. Virgo, 3, 50.

R

Radix dicitur B. Virgo, 144.

Receptaculum dicitur B. Virgo, 7, 71, 76, 114, 143, 181, 191, 229, 242, 295, 314, 334, 341.

Reconciliatio dicitur B. Virgo, 51.

Redemptio dicitur B. Virgo, 82, 112, 140, 233, 257, 317.

Refrigerium peregrinorum B. Virgo, 304.

Refugium dicitur B. Virgo, 49, 106, 119, 154, 173, 208, 210, 276, 301, 302.

Regina dicitur B. Virgo, 1, 7, 13, 21, 26, 54, 83, 99, 157, 151, 168, 177, 195, 230, 278.

Regio Dei B. Virgo, 162, 169, 192.

Reliquarium Spiritus sancti B. Virgo, 407, not. 12.

Resonatio prophetarum B. Virgo, 111, 113.

Restauratio hominum B. Virgo, 123.

Revocatio eorum, qui ceciderunt, B. Virgo, 211, 215.

Revocatio Evæ B. Virgo, 237. Revocatio primorum parentum B. Virgo, 82, 140. Revocatio terrigenarum expulsores B. Virgo, 53.

Robur dicitur B. Virgo, 51, 33, 89, 113, 119, 158, 172, 189, 200, 210, 228, 229.

Rosa dicitur B. Virgo, 5, 29, 53, 55, 78, 164, 217. Quomodo Rosa in conceptione immaculata, 30 not. 31.

Rubus dicitur B. Virgo, 52, 61, 65, 99, 102, 124, 237, 240, 288, 309, 317, 339, 346. Quomodo rubus in conceptione immaculata, 314.

S

Sacrarium dicitur B. Virgo, 343.

Salutatio dicitur B. Virgo, 29, 124.

Salus dicitur B. Virgo, 33, 34, 39, 47, 49, 57, 83, 83, 84, 89, 90, 101, 108, 110, 114, 123, 126, 129, 141, 158, 164, 200, 207, 231, 267, 269, 323, 333, 336.

Sancta tota cur dicatur B. Virgo, 502, not. 40 *et alias*.
 Sanctificatio dicitur B. Virgo, 17, 238, 259.
 Sanctuarium dicitur B. Virgo, 515.
 Scala dicitur B. Virgo, 5, 50, 134, 55, 204, 211, 223, 233, 267, 280, 284, 303, 317.
 Scaturigo fontana dicitur B. Virgo, 25.
 Sedes dicitur B. Virgo, 13, 131, 155, 508, 547.
 Splendor angelorum B. Virgo, 267.
 Sol dicitur B. Virgo, 9. Quomodo sol in conceptione immaculata, 6, not. 12.
 Solutio maledictionis B. Virgo, 77, 110, 186, 233, 283.
 Species Jacob B. Virgo, 118, 131, 134, 137, 170, 256, 263, 269, 509, 539.
 Spectaculum dicitur B. Virgo, 39, 225.
 Speculum purissimum B. Virgo, 22. Quomodo speculum in conceptione immaculata, 222, not. 94.
 Spes dicitur B. Virgo, 57, 106, 138, 159, 213, 226, 289, 501, 503.
 Sponsa dicitur B. Virgo, 8, 29, 31, 32, 49, 50, 55, 56, 60, 64, 73, 75, 78, 102, 106, 107, 110, 113, 121, 123, 124, 129, 133, 138, 146, 168, 190, 191, 200, 215, 218, 222, 248, 344, 369, 573. Quomodo sponsa in conceptu immaculato, 75, not. 55. 249 not. 2.
 Sublimitas ineffabilis dicitur B. Virgo, 31.
 Subsidium omnium dicitur B. Virgo, 31.

T

Tabernaculum dicitur B. Virgo, 20, 51, 64, 104, 108, 111, 124, 147, 155, 170, 173, 175, 176, 194, 220, 222, 237, 258, 259, 250, 254, 255, 307, 317, 333, 343, 347, 352.
 Tabula dicitur B. Virgo, 239 *et not.*
 Templum dicitur B. Virgo, 6, 7, 15, 35, 64, 65, 76, 81, 82, 94, 105, 111, 119, 135, 140, 176, 180, 183, 197, 202, 206, 209, 229, 250, 254, 262, 276, 282, 310, 324. Quomodo templum in conceptione immaculata, *vide not.*
 Terra dicitur B. Virgo, 2, 41, 54, 94, 116, 172, 258, 262, 280, 281, 305, 317, 348. — Quomodo terra in conceptione immaculata, 6, not. 11.
 Thalamus dicitur B. Virgo, 1, 31, 33, 68, 83, 97, 108, 123, 131, 135, 175, 193, 207, 256, 249, 294, 300, 512, 335, 347, 351, 366, 391. Quomodo Thalamus in conceptione immaculata, 31 not. 33.

Theolocia quid sint apud Græcos, 47 not. 48.
 Thesaurus dicitur B. Virgo, 29.
 Thronus dicitur B. Virgo, 1, 8, 14, 16, 19, 29, 47, 63, 68, 70, 71, 82, 83, 88, 94, 97, 108, 109, 113, 114, 129, 140, 142, 152, 158, 163, 171, 174, 175, 185, 192, 194, 207, 213, 215, 225, 226, 230, 236, 259, 244, 249, 250, 260, 275, 282, 298.
 Thuribulum dicitur B. Virgo, 125, 155, 193, 346.
 Thymiana dicitur B. Virgo, 29.
 Thymiaterium aureum B. Virgo, 177.
 Titulus honorificus apostolorum B. Virgo, 154.
 Titulus honorificus mulierum B. Virgo, 267.
 Triodius quid sit, 301 not. 38, 323 not. 51.
 Tutela dicitur B. Virgo, 58, 157, 525.

U-V

Unguentum dicitur B. Virgo, 29.
 Urna dicitur B. Virgo, 30, 51, 149, 170, 179, 207, 218, 224, 234, 259, 262, 296, 319, 364, 367, 373, 393.
 Vas dicitur B. Virgo, 342. Quomodo vas in conceptione immaculata, 343 not. 69.
 Vehiculum dicitur B. Virgo, 125, 186, 276, 208, 312, 338, 348.
 Vellus dicitur B. Virgo, 32, 206, 310, 332. Quomodo vellus in conceptione immaculata, 32 not. 34.
 Venustas angelorum B. Virgo, 82.
 Vestis B. Virginis, 17, 18, 19, 20, 21 *et not.*
 Via dicitur B. Virgo, 55, 100, 302.
 Virga dicitur B. Virgo, 2, 32, 36, 136, 150, 209, 224, 253, 256, 253, 320, 326.
 Virgo dicitur Maria, quia immaculate concepta, 168 not. 71, 184 not. 84, 199 not. 92.
 Virtus dicitur B. Virgo, 96.
 Visitatio velox ægrotantium B. Virgo, 51 not. 61.
 Vita omnium B. Virgo, 526.
 Vitis dicitur B. Virgo, 5, 7, 32, 89, 525.
 Volumen dicitur B. Virgo, 3, 15, 32, 74, 83, 117, 174, 263, 289.
 Vulnus dæmonum B. Virgo, 105, 107, 171, 192.

Z

Zona B. Virginis, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 21 not. 27.

ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

NICETAS DAVID PAPLAGO.

Notitia historica et litteraria.	9
ORATIONES LAUDATORIÆ ET FESTIVÆ.	15
Oratio I. — In diem natalem S. Dei Genitricis.	15
Oratio II. — In exaltationem venerandæ crucis.	27
Oratio III. — Laudatio apostolorum Petri et Pauli.	38
Oratio IV. — Laudatio sancti Andreae apostoli.	54
Oratio V. — Laudatio sancti Jacobi Zebedæi.	79
Oratio VI. — Laudatio sancti Joannis Theologi.	99
Oratio VII. — Laudatio sancti Thomæ.	127
Oratio VIII. — Laudatio sancti Jacobi Alphæi.	146
Oratio IX. — Laudatio sancti Philippi.	163
Oratio X. — Laudatio sancti Bartholomæi.	193
Oratio XI. — Laudatio sancti Matthæi.	218
Oratio XII. — Laudatio sancti Simonis Zelotæ.	233
Oratio XIII. — Laudatio sancti Judæ Thaddæi.	254
Oratio XIV. — Laudatio sancti Mathiæ.	270
Oratio XV. — Laudatio sancti Marci evangelistæ.	283
Oratio XVI. — Laudatio S. protomartyris Theclæ.	302
Oratio XVII. — Laudatio S. martyris Anastasiæ.	333
Monitum Combefisii ad Orationem de Eustathio	374
Oratio XVIII. — Laudatio inclyti martyris Eustathii, Agapii, Theopisti, et Theopistes.	375
Oratio XIX. — Laudatio S. Hyacinthi Amastreni.	418
Oratio XX. — Laudatio S. Gregorii, Theologi.	439
Vita sancti Ignatii archiepiscopi CP.	487
Fragmenta expositionis in Lucæ Evangelium.	575
Exegesis carminum arcanorum Gregorii Theologi.	578
NICETAS BYZANTINUS.	
Monitum editorum Patrologiæ.	583
De Scriptis Nicetæ Byzantini.	585
REFUTATIO EPISTOLÆ REGIS ARMENIÆ.	587
Monitum de Refutatione Mohamedis sequentis.	666
CONFUTATIO MOHAMEDIS.	670
Capitula varia hujus libri adversus Mohamedem.	671
THEOGNOSTUS MONACHUS.	
Notitia	813
ENCOMIUM IN OMNES SANCTOS.	850

LIBELLUS AD NICOLAUM I PAPAM, in causa Ignatii Constantinopolitani.

	855
ANONYMUS.	
VITA S. NICOLAI STUDITÆ.	863
S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS.	
Notitia.	926
Vita S. Josephi Hymnographi.	931
MARIALE S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.	978
Epistola nuncupatoria.	978
Monitum Lectori.	982
I. — In pervigilio Nativitatis SS. Deiparæ Canon I, cujus acrostichis hæc est: <i>Ortum puellæ Numiniis natacano Joseph.</i>	983
II. — In pervigilio ingressus in templum sanctissimæ Deiparæ, Canon II, ordine alphabetico.	991
III. — In profestivitate obdormitionis B. Virginis, Canon III, cujus acrostichis hæc est: <i>Lætus dilando Genitricem Dei Joseph.</i>	999
IV. — De depositione pretiosæ vestis SS. Deiparæ in Blachernis, Canon IV, cujus acrostichis hæc est: <i>Vestem beatam Virginis diæ colo, Joseph.</i>	1003
V. — De pretiosa zona B. Virginis Constantinopoli olim asservata, Canon V, cujus acrostichis hæc est: <i>Robore me accinge tuo, o casta Virgo, Joseph.</i>	1010
VI. — Ad hymnum Acathiston. In SS. Deiparam, Canon VI, cujus acrostichis est: <i>Gaudere te unam conventi, gaudii domus, Joseph.</i>	1019
VII. — In SS. Deiparam Canon VII, cujus acrostichis hæc est: <i>Deipara, seniste modis ego cano, Joseph.</i>	1027
VIII. — In SS. Deiparam Canon VIII, cujus acrostichis: <i>Octava do tibi, Maria, cantica, Joseph.</i>	1031
IX. — In sanctissimam Deiparam, Canon IX.	1039
Theolocia seu Deiparæ strophæ, ex Menæis Græcorum.	1042
Theotora ex paracletica Græcorum.	1273
Theolocia sive Allocutiones ad B. Virginem	1342
CANON IN TERRÆMOTUS PERICULO.	1412
LAUDATIO IN APOSTOLUM BARTHOLOMÆUM	1425

FINIS TOMI CENTESIMI QUINTI.